nō potentie tremore: nō armorum strepitu: nō diuitiarum munere: non carnis voluptate: sed predicatione sancta: fidei impio totū mūdū subiecit. Hic beatus Ber. ait. vn̄ tanta lux fidei in toto orbe et tam subita: nisi de predicato iesu verbo dei est lux in tenebris lucens et sol irradiās emispiū intellect⁹ hūani. Ps. cxviij. Lucerna pe. me. verbū tuū et lumē semitis meis. Et ibidem Declaratio ſmonū tuorum illuminat et intellectū dat paruulis. Per hanc lucem ydolatre et gentiles ac iudei ad claritatis agnitōem peruenerūt. Petrus apostolus pma pdicatōe tria milia hoīum in fidem adduxit Sic Paulus doctor gentium tot cecos et tenebris inuolutos illuminauit. Sic apl'i sancti ad varia hominū genera peruenietes: eos in veritate fidei illustrabant. Quam ob rē huiusmōi fructū comprehendens apostol⁹. Ro. x. Dicit fides ex auditu: auditus aūt per verbum dei. Et h̄ est lux peccatorum hominū qui ambulant in tenebris: q: domino peccauerūt vt inquit Sophonias ppha. c. i. Hi enim obtenebrati: vbi errores pprios et scelera et picula cernūt: nisi in predicatōe. Et nisi esset verbū dei iam nulla esset virtus: nullum vere fidei fundamentū: nullus: qui bonū faceret imo oēs essent pleni erroribus: vitijs atq3 peccatis. Predicatio itaq3 sancta illuminat: irradiat atq3 et dirigit. Ex h̄ secutum est: vt beatissim⁹ pater Dn̄icus circiter centum milia hoīum infideliū et obstinatorum ꝯuerterit. Petr⁹ martyr manicheorum errorem depulerit. Sanctus vincentius octo milia saracenorū. Uigitiqnq3 milia iudeorum. Centū milia obstinatorum māifeste sine ceteris quos occulte cōuertit in viam veritatis reduxerit. Et sctūs Bernardinus totam fere italiam illuminauit. Et nostra etate: cur fidei veritas et virtutis qualiscunq3 integritas perseuerat: nisi ob predicationis officiū. Diuersi quidē verbi dei precones. s. ordinis predicatorum: minorum: canonicorum: heremitarum: et carmelitarum: seruorum: verbo et exemplo orbem terrarum: et christianum populum illumināt et fidem conseruant. Hec est colūna filijs israel in deserto exhabita: p noctem vitiorum fulgens. Hec est de qua Apostolus ait. ij. Thi. iij. omnis scriprura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad corripiendum: ad erudiendum. h̄ ille. ¶ Secundus fructus dicitur spei augmentatio. Quid enim peccatorem: et vitiosum hominem in specie subleuat: vt veniam consequatur. Respondeo: verbum dei. Quis penitētē aiat et corroborat.

verbum dei. Quis iustũ de arduę virtutis premio securũ facit verbũ dei. Quid de penarũ inferni euasióe. verbũ dei. Propterea inquit apost. Ro. xv. Quecunq scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiá & consolatióem scripturarũ spé habeamus. Et ps. cxviij. Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. ¶ Tertius fructus verbi dei dicitur affectus inflammatio. Miseri mortales: propter terrenorũ inordinatá affectionem in dei amore sunt tepidi: frigidi: cógelati: omni charitate dei & proximi priuati: sed verbum dei ignis est peccatorũ: voluntatem in dei & proximi: amorem calefaciés. Hic est ignis de quo xps. Luc. xij ait. Igné veni mittere in terram: & qd volo nisi vt ardeat. Jere. xxiij. Nóne verba mea quasi ignis: & quasi malleus conterens petrá. ps. cxviij. Ignitum eloquium tuũ vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Iterũ pars. Eloquium dñi inflámauit eos. Nó dicit Aristotelis: nó Virgilij: nó Tulij: sed dñi. Quia licet doctrina talium illuminet intellectum: nó tñ iflámat affectum. Hic é ignis de quo Ire. i. dicitur. De excelso misit igné in ossibus meis & erudiuit me. Et vnde tam modica charitas inter xpianos. Certe quia verba dei nó audiũt. Ad igné nó veniũt. Propterea frigidi & cógelati sine gustu: sine affectu dei & proximi permanent. Ignis igitur affectum inflámans: cor igniés: voluntaté succédens: est verbum dei. ¶ Quartus fructus verbi dei dicitur aíe cibatio. Sicut cibus materialis: corporali vite necessarius est: vt ait. Arist. ij. de aia. Ex quo sequitur vita ipsius corporis: sic aia nobilioris conditionis famelica: cibo nobilissimo & spirituali. s. verbi dei indiget. vnde xps Mat. iiij. Non in solo pane viuit homo: sed in oi verbo quod procedit de ore dei: verbum igitur dei est aíe suauissimus cibus: vt ait Lactantius. i. libr. diuinarũ institu. c. i. Nullus est anime suauior cibus: quam cognitio veritatis. Ait námque Gre. in omel. Cibus mentis est sermo dei. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro: ita ex dei verbis interior homo nutritur & pascitur: hec ille. Et Augu. ad dulciũ amicum. Ego plus amo discere quam docere: vt discamus: inuitare nos debet suauitas veritatis: vt doceamus docet necessitas charitatis: hec ille. Et idem libro cófessionũ. Sunt caste delicie scripture tue: nec fallor in eis. Propterea. ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ezechi. iij. Comedi volumen: & factum est dulce in ore meo: sicut mel. Et hoc é mána

datum in deſerto: ne filij iſrael de‑
ficerent. ¶ Quintus fructus di‑
citur electoꝛum cognitio ſignum
clarum eſſe videtur electoꝝ. vt di
cit. ſ. Doc. in. iiij. i v̾bo dei delecta
tio. Ait eniꝫ ſaluatoꝛ. Jo. viij. Qui
ex deo eſt: verba dei audit. Ecõtra
ſignum repꝛobationis eſt: non au
dire verbuꝫ dei. Unde ſubditur.
Pꝛopterea vos nõ auditis qꝛ ex
deo nõ eſtis. Et Tulius ĩ libꝛo de
amicitia ait. Cuius aures veritati
clauſe ſunt. Huiuſmodi ſalus de‑
ſperanda eſt. ¶ Sextus fructꝰ di‑
citur xp̃i mediatio: amabilis certe
fructus. Chꝛiſtus per nouum mo
dum dum pꝛedicat: in medio ve‑
ſtruꝫ eſt. Hoc ipſe ꝯfirmat. Mat.
xviij. Ubi fuerunt duo: vel tres
congregati in nomine meo. ſ. in
verbo: quod eſt nomen meum:
ibi ſum in medio eoꝝ. Uñ inuen‑
tus eſt in medio doctoꝛum in ſa‑
cra ſcriptura diſputantium. Item
affuit cum duobꝰ diſcipulis eun‑
tibus in emaus: de ipſo ieſu loquẽ
tibꝰ ⁊ audiẽtibꝰ. Exẽplũ habetur
in vitis patꝝ: de illis nouitijs de
deo audiẽtibus ac loquẽtibus: in
quoꝝ medio venit puulus ieſus
eis alludẽs. Et cũ cepiſſent loq ð
mũdanis diſceſſit ieſus: ⁊ poꝛcus
fetens affuit in medio eis blandi‑
ens: ⁊ erat diabolꝰ: q̇ delectabat
turpibꝰ v̾bis. ſꝫ xp̃s inter eos ap
paret per gratiã qui verba ſua au
diunt. ¶ Septimus fructꝰ dicitur
ſpũs ſancti receptio. Nõ dubito
multos eẽ cupientes ſpũs ſancti
gratiam recipere. Sed quis ẽ lo‑
cus ad hanc receptionem aptus.
Nõ certe platea: nõ apotheca: nõ
taberna: nõ lupanar: vbi ẽ diabo
lus ⁊ diabolica capellana: ſed lo‑
cus huius receptionis eſt eccleſia
vbi reſonat verbum dei: ⁊ pꝛedi‑
catio ſancta. Patet h̾ v̾itas Act.
x. Adhuc loquente petro verba
hec cecidit ſpiritus ſanctus ſuper
omnes qui audiebant verbum.
Non dicit: audiebant de oꝛlãdo:
nec de libꝛo centum nouellarum:
de amatoꝛijs ſiue fabulis: ſed ver
bum dei audientes ſpiritum ſan‑
ctum acceperunt. Ueniat igitur
vnuſquiſqꝫ ad pꝛedicationem vt
tantum munus ſuſcipiat: ⁊ ſpiritꝰ
ſancti habitaculum fiat. Quid me
lius: quid vtilius q̃ꝫ ſpũs ſancti
receptio. ¶ Octauus fructꝰ ver‑
bi dei dicitur tẽptatiõis defenſio.
Quid enim inter tot aduerſa: tan
taſqꝫ exagitationes tutius animaꝫ
defendit q̃ꝫ verbum dei. Audi ſa
lomonẽ. puer. xxx. Ois ſmo dei
quaſi clipeus ignitꝰ. Et ꝓs. xxxij.
Uerbo domini celi firmati ſunt:
⁊ ſpũs oꝛis eius ois virtus eoꝝ̃.
Uerbum dei pauperẽ defendit:
ne in paupertate ⁊ in pacientia de

sciat. Defendit tribulatos: ꝛ eos quos mali persequunt. Defendit deniqȝ contra diabolicos icursus. Uñ paulus ephe. vj. Assumite gladiuȝ spūs qđ est verbuȝ dei. ¶ Nonus fruct⁹ dr̄ spūalis vite ꝯseruatio. Nihil est efficaci⁹ pro vita aīe conseruāda q̄ȝ verbum dei: quo ipsa quotidiana spūaliuȝ cognitio crescit: ꝛ ex consequenti in optio preseruaṫ ꝓposito nec ab īstituto recedit. Ait.n. Ari. ad Alexādrū. Cōseruatiuū aīe ē eruditio. Et nos dicam⁹ cum zepherino papa: in decretꝭ. di. xxxviij. Sicut stellas celi nō extinguit nox ita mētes fideliuȝ inherentes sacre scripture firmamēto nō obscurāt mundana. h ille ¶ Decimus fructus diciṫ cordis liquefactio. Extant hominum plurima corda dura: lapidea: ferrea: adamātina: que nullo timore: nullo dei iuditio emolliri possunt. Attamē verbuȝ dei oēm aufert duritiam: obstinatissima frangit corda. Ait.n. Apl's hebre. iiij. Uiuus ꝛ efficax ē sermo dei: ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vsqȝ ad diuisionē aīe ꝛ spirit⁹. Et Hiero. ad Paulinum ait. Hēt nescio qd latentis energie viue vocis actus ꝛ de ore magistri ad aures discipuli trāsfusa fortius sonat. O verbum dei bn̄dictū. O ꝑdicatio dulcissima. O lectio suauissima. O zucharatum eloquiuȝ liquefaciēs ꝛ dulcorās cor peccatoris. Illud certe es cui⁹ virtute stringunṫ paniculi cerebri: ꝛ fremit spūs: lachryme per ora ruūt: singultus emittūtur: qui ex vehementia doloris ꝛ amoris cōprimi nō possunt. Ideo ad sponsuȝ loquiṫ aīa. Canticoꝝ v. Aīa mea liquefacta ē, vt dilect⁹ me⁹ locut⁹ ē mihi. ps. cxlvij. Emittet verbuȝ suū ꝛ liquefaciet ea: flabit spūs ei⁹ ꝛ fluēt aque. Exēpluȝ habes de illa meretrice que i predicatiōe cōmota: ipsius cor tanta mutatione cōuersum tm̄ ex dolore eliquefactum fuit: vt finito sermone in ecclesia crepuerit: ꝛ mortua in celū ascendit. ¶ Undecim⁹ fructus diciṫ omnium vitioꝝ purgatio. Legitur enim in vitis patrum ꝙ quidā senior sanctus: discipulo suo volēs persuadere fructū verbi dei: peccatoꝝ purgatiuum: sibi iposuit: vt quēdā canistrellū immundum susciperet: ꝛ ad fontē allatuȝ plenū aqua reportaret: quem accipiens ꝛ in fonte sepe emergens aquam nunq̄ȝ potuit deferre: tamen canistrellum mundum portauit. quē sumens senior ait. Fili ita ē de v̄bo dei: qđ fons est sapiētie in excelsis: vt ait Eccl's. i. c. Per ipsum eniȝ anima purgaṫ a vitijs ꝛ mūdissima efficiṫ. Propterea

xp̄s. Jo.xv. Jam vos mūdi estis ꝓpter sermonem quē locutus sū vobis. Et Mat.viij. dicit. Dic verbo ⁊ sanabitur puer meus. Et ps. Misit verbum suum ⁊ sanauit eos. Et sap.xvi. Sermo tuus domine sanat vniuersa. Et vere sic est docente experientia. Verbum dei ⁊ predicatio sancta oīa purgat vitia: scelera nephāda: oēs aie sanat langorē. Audi Lactātiū in .iij. diuinarum institu.c.xxvi. hec oia confirmantē. Da mihi inquit virum: qui sit iracundus: maledicus: effrenatus: paucissimis dei verbis tam placidum q̄ ouē reddam. Da cupidum: auarum: tenacē: tā tibi eū liberalē dabo: ⁊ pecuniā suam plenis manibus largientē Da timidū doloris ac mortis: iam cruces ⁊ ignes ⁊ pericula ⁊ taurū contēnet. Da libidinosū: adulterū: ganeonē: iā sobrium: castum: continentē videbis. Da crūdelē ⁊ sanguinis appetētē: iam in verā clemētiā furor ille mutabit. Da iniustū: insipientem peccatorem: cōtinuo ⁊ equus ⁊ prudens: ⁊ innocens erit. Vno enim lauacro malitia oīs abolebitur: tanta diuine sapientie vis est. vt in hois pectus infusa: matrem delictorum stultitia: vno semel impetu expellat. h̄ ille. ¶ Duodecimus fruct⁹ verbi dei dicitur paradisi acquisitio. Qualis deniq fructus reportatur ex predicatione. vita eterna. Jaco.primo. Jn mansuetudine suscipite insitum verbum: quod potest saluare animas vestras. Luc. xi. Christus doctor veridicus loqtur. Beati qui audiunt verbum dei. Et quid de dignitate predicationis vlterius loquar. Meminisse debemus tanta esse verbi dei dignitatem: vt christus verus de⁹ ⁊ homo sit princeps ⁊ caput predicationis. Jpse hoc exercuit officium. ipse ꝑdicacores docuit: ipse eos ante se binos ⁊ binos misit. Quapropter doctor noster ⁊ preco noster constitutus. successores Petrum ⁊ Paulum: Augustinū Dominicum: Franciscum ⁊ ceteros tam gloriosos viros reliquit: tantis miraculis confirmauit: predicatoribus ipsis celestem aureolam in paradiso preparauit. Et sic verbi dei dignitas tum ex sacra scriptura: tum ex mirabili fructu: tum etiam ex capite xp̄o clarissime patet. Et hoc quantum ad secundam partē principalē.



Ertio principaliter verbi dei considerare debem⁹ ꝓparabilitatem. Triplicem enim prepa rationē habere debent verbum dei audituri.

¶ Prima dicitur. Acceleratio.
¶ Scḋa dicitur. Attentio.
¶ Tertia dicitur. Executio.
¶ Debet in primis auditor verbi
dei: totis viribus ceteris ꝑtermis-
sis conari vt sit in principio pre-
dicatõis. Perfectio enim rei etiaꝫ
apud phos. maxime ex principijs
eius depẽdet. Ait nãqꝫ Comenta
tor auerois. x. metha. Remotꝭ pn
cipijs: remouetur perfectio ⁊ esse
ab omnibus posterioribus. Et idẽ
iij. phcoꝝ. Ignorato pricipio alicu
ius: ignorantur ⁊ que sequunt̃. Et
Aristote. ij. elen. Inuento princi-
pio: facile est addere: ⁊ reliqua oĩa
habere. Et. i. ethi. ac. ij. elencoꝝ.
Principiũ plus q̃ꝫ dimidiũ totiꝰ.
Et iterum Ari. i. de celo. Princi-
pia sunt minima q̃ꝫtitate. sed maxi
ma sunt ꝟtute. Ex. iij. Thopi. Illḋ
ex quo bonũ sequitur: statim fieri
debꝫ illud ex quo malũ: nunq̃ꝫ. Et
.i. posterioꝝ. Necesse est maxime
habere ⁊ ꝑcognoscere prima prin
cipia. Seneca ait. Initia in qualibꝫ
re laudabilia sunt ⁊ opportuna. Et
ff. de origine iuris. l. Facturus. ḋr.
Certe cuiuscũqꝫ rei potissĩma ps.
principium est igit̃ debet auditor ĩ
teresse principio: vt ordinem fun-
damentum ⁊ intentõem predicati
onis intelligat. ¶ Scḋa ꝑparatio
dicit̃ attentio. Cũ enim ꝟbũ dei
ex ipso deo principaliter deriuet̃:
⁊ instrumẽtaliter predicator popu
lo subministret: diligenter ⁊ attẽte
audiendum est. Ait nãqꝫ christus
predicatoribus euãgelicis. Mat.
x. Non vos estis qui loquimini: sꝫ
spũs patris vestri qui loquit̃ i vo
bis. Et Luc. xxi. Dabo vobis os
⁊ sapientiam: cui non poterunt re
sistere oẽs aduersarij vr̃i. Et Lu.
x. Qui vos audit me audit. ⁊ qui
vos spernit: me spernit. Et dauid
ꝑs. lxvij. Dñs dabit verbum euã
gelizantibus virtute multa. Amb.
quoqꝫ ait. oĩs veritas a quocunqꝫ
dicatur: a spiritu sancto est. Debet
igitur auditor considerare ꝙ predi
cator gerit personam xp̃i: ⁊: cũ re-
uerentia atqꝫ cordis attentione au
dire etiã si predicator vilis ⁊ iuue
nis videatur. vnde Aug. Ego qd
sum: nisi cophinus seminatoris. i.
christi: Ipse dignatus est in me po
nere semẽ. qḋ spargo vobis. No
lite respicere ad vilitatem copha-
ni sꝫ ad nobilitatem seminatoris. h̃
ille. Et Gre. i omel. sup euãgelio.
Hõ quidã fecit cenã magnam ⁊c̃.
Nemo me ꝓpter me in hoc loco
despiciat. Et si ad inuitandum ne-
quaq̃ꝫ dignus appareo. sed tamẽ
magne sunt delicie quas ꝓmitto.
hec ille. Cõtra illos q corde vagi
sunt: ⁊ in diuersa cogitatus trans-
ferunt. Contra etiam illos qui ex
predicatione discedunt male edi-

ficantes proximum. Ad quos ro-
mana ecclesia fulgur transmittit.
De ↄse. d. [prima. capi. sacerdote
vbi dicit. Sacerdote verbum i ec
clesia faciéte. i. predicáte. qui egres
sus fuerit de auditorio excóicetur:
hec ibi. Qđ itelligit ſm glo. quan
do quis recedit ↄténens predica-
torem vt minus litteratū: qđ ad su
perbiá ↄténentis pertinet: vel ver
bum dei vilipendens recedit. At-
tente igitur audiéda est predicatio.
Exemplum in esdra. viij. c. Au-
res omnis populi erant erecte ad
librum .s. legis dei. Propterea Au
gustin⁹. i. q. i. c. Interrogo. sic ait.
Quanta solicitudine obseruamus
quádo nobis corpus xp̄i ministra
tur: vt nihil ex ipso de manib⁹ no
stris in terrá cadat tanta solicitudi
ne obseruemus ne verbuz dei qđ
nobis errogat: duz aliud aut cogi
tamus aut loqmur de corde puro
depereat: q2 nó minus reus erit q̇
verbum dei negligenter audierit:
q̃z ille qui corpus xp̄i sua negligen
tia in terrá cadere pmiserit: h̄ ibi.
¶ Tertia preparatio dicit executio. Nó eniz sufficit iteresse verbo
dei: ⁊ illud attéte audire: sed opus
est illud adiplere: q2 finis predica
tionis est opatio. vnde Jacobi. i.
Estote factores verbi ⁊ nó audito
res tm̄: fallentes vosmetipsos. Et
ideo saluator ait. Jo. viij. Amen
dico vobis: si quis sermoné meuz
seruauerit: morté nó gustabit i eter
nū. Et Luc. xi. Beati qui audiunt
verbū dei ⁊ custodiunt illud. Pre
parandus igit est aĩus disponendi
pedes: aperiéde aures: cogitanda
est p̄dicationis vtilitas: ⁊ oĩno ope
cóplenda: ne nobis accidat terribi
le dei iudiciū qđ verissimo recitat
exéplo. Audite o vos qui nó vul-
tis ad predicationé prepare. Erat
quidá qui ad predicationé nunq̃z
accedere volebat. Et mortuo illo:
clericis cantátibus officium circa
funus: dicéte principali sacerdote.
Nó intres in iudicium cum seruo
tuo ⁊c. oĩbus cernétibus ymago
crucifixi existés ante chorꝫ: cū am
babus manibus sibi aures obtu-
rauit. Tūc sacerdos ait: vere hoc ē
iudiciū dei. Iste nunq̃z voluit au-
dire predicatiões ⁊ monitiões pre
dicatorꝫ ⁊ sacerdotum. Et xp̄s nó
vult oratiões pro eo audire. Et ex-
tractū: cadauer de ecclesia: piectuz
fuit ad asinorꝫ sepulturá. Non sic
vos charissimi: sed parate aures i
hac quadragesima ad verbuz dei.
De quo Chrisostomus egregie di
cit. Uerbum dei docet ignorantes
terret contumaces: animat laborá
tes: confortat pusillanimes: reficit
magnates: sanat peccato vulnera
tos. Qui autem longe ab hoc con
uiuio verbi factus est: euacuatur

spiritu: angustiatur sensibus: defi-cit a veritate: distillat a fide: ⁊ sic egrediens ab omni voluntate dei nouissime cadit in mortem. vnde Salomon. Qui auertit aurem su am ne audiat legem: oratio ei⁹ erit execrabilis ante deum. h̄ ille. Nul lus igitur sit tam negligens: tam piger: tam somnolent⁹: tam imme mor sue salutis vt nō veniat ad di uinum verbū audiendum. Uos oro amantissimi: venite ⁊ audite doctrinam celestem: doctrinam sa luberrimam: doctrinam euange-licam. Ad hāc vos inuito: ad hāc voco: ad hāc allicio: vt ceteris ne gotijs pretermissis: saltem per ho ram omnino predicationi insista-tis. De qua iam audistis. Necessi tatem. Dignitatem ⁊ duodecim mirandos fructus ex ea proceden tes. Et demum intellexistis Pre parabilitatem: vt cum eo viuere valeatis: qui est eterni patris ver bum: in presenti per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam: in secula secu lorum. Amen.

¶ Dominica in quinquagesima De diuina ⁊ eterna lege. Ser-mo quartus.



Confestim vidit. Luc. xviij. Nar-rat hodie diu⁹ euā gelista Lucas actū vnum sue pietatis quem fecit saluator noster erga ce cum illum iuxta viam sedentem: ⁊ eius misericordiam suppliciter implorantem: per quē genus hu manum figuratur: q̄d summus il le opifex rerum in principio: quo dam lumine superno: illustraue-rat legis naturalis. Sed excrescen tibus errorum tenebris ⁊ offusca to ipso lumine naturalis legis: ce-cum genus humanum iugiter ad dominum conclamare cogeba-tur. Deus autem tanquā pater in dulgentissimus aliud: contulit lu-men: quod lex eterna appellatur. Qua lege recepta confestim vi-dit: vt inquit thema nostrum in principio assumptum: ⁊ in euan-gelio hodierno recitatum. In quo euangelio sacro. tria saluberrima documenta nobis traduntur. Pri mum documentum est: q̄ si volu mus diuina mysteria intelligere: conemur esse de apostolorum nu mero: eorum vitam imitantes: ⁊ dolorosam christi passionem la-chrymis ⁊ singultibus iugiter me morantes. Hoc patet in principio euangelij vsq̄ ibi. Resurget.

¶ Secundum documentum est. q̄ qui est spiritualiter cecus vt lu-men gratie recipiat firmiter cre-dens pergat ad dominum iesum christum: a quo sine dubio illumi-nabitur. Hoc patet in secūda par-

te euangelij. vſq; ibi. Fides tua te
ſaluum fecit. ¶ Tertium docu-
mentum eſt: ꝙ corde: ore: ⁊ opere
gratias ſummas deo referamus.
Hoc patet in tertia parte euange
lij. ibi. Et oīs plebs vt vidit de-
dit laudem deo. Qđ vtiq; fiet: ſi
legem eius inuiolabiliter obſerua
bimꝰ. de q̃ lege tria ꝯtēplabimur.
¶ Pri̇o. diuine legis quiditatē.
¶ Scđo. diuine legis neceſſitatē.
¶ Tertio. diuine legis velleitatē.
¶ Primo diuine legis contem-
plari debemus quiditatem. i. qđ
ſit ipſa lex diuina. Ex dictis nāq;
ſ. Doc. ꝑma ſcđe. q. xci. ⁊. q. xciij.
Contra gen. li. iij. c. cxv. Et Aug.
ij. lib. de libero arbitrio: ceterorūq;
theologoꝝ talē elicio diffinitio-
nē. Lex diuina ē eternꝰ diuine ſa-
pientie cōceptꝰ ad ſummū bonū
oīum rerū directiuus ab optimo
opifice formatꝰ. In hac ſacra dif-
finitione ponunt tm̄ tria genera
cauſaꝝ. ſ. formalis: finalis: ⁊ effici
ens. Materialis autē non poni-
tur: q: nulla materia reperitur in
deo. Eternus igitur diuine ſapien
tie cōceptus dicit cauſam formalē
Nā vt dicit Doc. ſ. ſupra. Ra-
tio q̄re eternꝰ ꝯceptꝰ dr̄ lex eterna
ē q: deꝰ nihil ꝯcepit ex tp̄e: ſ; hēt
eternum conceptum omnium re-
rum preteritaꝝ preſentiū ⁊ futu-
rarum. Et ſicut per ſuam omnipo
tentiam eſt conditor vniuerſarum
naturarum: ita per ſuam ſapientiā
eſt gubernator ⁊ conſeruator eaꝝ.
vnde Sap. viij. Sapiētia attingit
a fine vſq; ad finē fortiter: ⁊ diſpo
nit omnia ſuauiter. Cauſa finalis
tangitur dum dicitur. Directiuus
omnium rerum ad ſummū bonū.
Ipſa eni; lex diuina dirigit omnes
res: omnes actus: omnes motiōes
ſm eorum conuenientiam ad hūc
finem: vt omnia participent diui
nū eſſe: vt patet per Philoſophū
primo ethicoꝝ. ¶ Cauſa vero ef
ficiens tangit ibi. Ab optimo opi
fice formatus. Sūmus ⁊ optimus
opifex deus eſt: q: per ſuum intelle
ctū formans iſtū conceptū ab eter
no: ipſa ſua potentia cūcta creauit
atq; conſtituit: ⁊ in eſſe conſeruat
ſua ſapientia: vniuerſa gubernat
ſua bonitate: omnia in ſeipſum di
rigit ⁊ conuertit: vt diuꝰ ait. Dio
nyſius Et Augu. xix. de ci. d. Nul
lo modo aliquid legibꝰ ſūmi crea
toris ordinatoriſq; ſubtrahitur: a
quo pax vniuerſitatis adminiſtra
tur: hec ille. Hoc idē ſanctꝰ Mar
docheꝰ in ſua oratione inſinuat. d.
Heſter. xiij. Dn̄e deus oīpotens
i ditiōe tua cūcta ſunt poſita: ⁊ nō
eſt qui poſſit reſiſtere volūtati tue:
dn̄s vniuerſoꝝ tu es. Hec cā effi
ciēs optimi dei eſt illa de qua La
ctātius. ij. diuinaꝝ inſtitu. c. v. ait.

Quãto igit rectius est omissis in sensibilibus et vanis oculos eo tendere: vbi sedes. vbi habitatio est dei veri. qui terrã stabili firmitate suspẽdit qui celũ distinxit astris fulgentibus. qui solẽ rebus humanis clarissimũ ac singulare lumen i argumentuz sue ac vnice maiestatis accendit. Terris aũt maria circũfudit flumia sempiterno lapsu fluere precepit: iussit et extẽdi campos subsidere valles: frõde tegi siluas lapidosos surgere montes. Que vtiqz oĩa nõ iupiter fecit. qui ante annos mille septingentos natus ẽ. sed ille opifex rex mundi melioris origo: qui vocat deus. hec ille.



Secundo principaliter legis diuine cõtemplari debem⁹ necessitatẽ. s. Tho. pma scḋe. q. lxxxi. ar. iiij. dicit. q̺ preter legẽ naturalẽ et legem humanã necessariuz fuit ad directionẽ humane vite habere legez diuinã. Qḋ triplici ratiõe declaro.

¶ Primo. ratione illuminatiõis.
¶ Secũdo. ratione deriuationis.
¶ Tertio. ratione saluationis.

¶ Primo dico q̺ fuit et est necessaria lex eterna et diuina: ratione illuminationis. Licet hõ lumine rationis naturalis: siue legis nature: manuducat ad cognitionem dei atqz virtuose viuendũ: tñ in tantũ excrescit ↄcupiscentia humana vt obtenebret lumẽ illud a deo vt homines miseri relicto deo et via virtutum sequant errores et per viaz pditionis incedant. Et vt clare pateat: viaz paganoꝝ discurramus. Nam quidã ex ipsis in tantã mentis cecitatẽ deuenerũt q̺ dixerunt deũ nõ esse. In persona: quarum ps. ait. Dixit insipiẽs in corde suo nõ est deus. Contra quos Plato inuehit dicens. Deus ẽ principiũ oĩum naturaꝝ: lumen oium rõnũ. Simil'r Phs. ij. meth. viij. phy. Et. xij. meth. Quidam posuerunt plures deos ꝓpter qḋ fere totus mũdus hoc errore seductus decli nauerat ad ydolatriã: presertim tẽpore abrae. Cõtra quos istat. phs xij. meth. d. Nõ est bona pluralitas principatuũ: vnus ergo princeps. Quidã adorabãt solẽ lunaz et stellas. Cõtra eos est Phs. viij phy. Et. xij. meth. Prim⁹ motor est oĩno imobilis. Quidã adorabant ignẽ. Cõtra quos: ẽ Phs. i. politi. Regens naturaliter est dignius recto. Quidam adorabant aquaz. Contra quos Apuleus in libro de deo socratis. Nihil ẽ deo perfectius et potentius. Quidam adorabant terram. Contra quos Plato in Thimeo dicit. Deus ẽ summũ bonum super oẽm substã

tiam omnemq; naturam. Quidá
adoꝛabant homines. Cótra quos
Phs in ꝓhemio metha. Huma
na natura multipliciter ancilla eſt.
Et Phs in ꝓhemio meth. Opti
mus eſt mundi actoꝛ. Quidá ima
gines ⁊ ſeruabant eas ne raperen
tur a furibus. Cótra quos é Phs
iij. ḋ aia. ⁊. iiij. meth. Omne agés
nobilius eſt patiente. Quidam li
gna. cepe. allia. acú. filum. ſcopaꝫ:
vt fuerút egyptij: quos repꝛobat
Phs. viij. phy. Et. xij. meth. Pri
mus motoꝛ eſt incoꝛpoꝛeus ⁊ in
materialis: ⁊ actus purus. Qui
dá anſeres: vt Romani. pꝛout re
fert Augu. xx. de ci. c. xxij. Contra
quos eſt Phs. i. politi. d. Hoiem
eſſe rectoꝛé aialium. Quidá dixe
runt incoꝛruptibilia ⁊ ſuperioꝛa re
gi diuina ꝓuidentia: ſed nó inferio
ra ⁊ coꝛruptibilia: ⁊ maxime ho
miné. Cótra tales Phs é. xij. me
tha. iiij. metha. Et. ij. de celo. Qui
dá dixerunt mundú ab eterno fuiſ
ſe: ſicut pꝛoſequiť Phs. viij. phy.
Loquens tñ in perſona alioꝝ phi
loſophoꝝ. Quidá dixerunt aiam
moꝛtalem: ꝯtra omneꝫ veritatem
⁊ maxime cótra Phm. ij. Et. iij.
de anima. Uide ergo quantú fuit
obſcuratum lumen rónis natura
lis ⁊ depꝛeſſum ꝑ tenebꝛas ꝯcupi
ſcentie. Sed quid ꝯtra antiquos
adiraſcoꝛ: ſermonem in longuꝫ ꝓ
trahens. Nunquid nó ſunt multi
hodiernis tépoꝛibus xpiani tantú
nomine nó factis: paganis in fide
lioꝛes: ⁊ iudeis peioꝛes: negantes
deú: paradiſum. anime imoꝛtalita
tem. dei pꝛouidentiaꝫ. vt liberius
poſſint vacare vitijs atq; pecca
tis. Certe ita. q: ſunt ceci. ſunt oꝛ
bati. ſunt ſine ratióis lumine. diui
nam ſubterfugiétes legem. ⁊ vin
culis carnalis affectionis ac pec
catoꝝ pꝛeſſi: ⁊ grauiter ligati. Ex
hoc loqués phyloſophia cú Boe
tio dicebat pꝛimo de cóſo. Heu q̄
pꝛecipiti merſa pꝛofundo. Mens
hebet: ⁊ pꝛopꝛia luce relicta. Ten
dit i externas ire tenebꝛas. Terre
nis quotiés flatibus acta. Creſcit
in imenſum noxia cura. Hic quó
dam celo liber aperto. Suetus in
ethereos ire meat⁹. Cernebat ro
ſei lumina ſolis. Et infra. Núc ia
cet effeto lumine métis. Et pꝛeſſus
grauib⁹ colla cathenis. Decliuéq;
gerens pondere vultum. Cogitur
heu ſtolidam cernere terram: hec
ille. Opoꝛtuit ergo q̄ homo illu
minaretur alio lumine diuino ad
tollédos erroꝛes pꝛedictos. Ideo
diuina pꝛouidétia ex miſericoꝛdia
ſua: ne homo deuio erroꝛe labe
retur: legem quá eternaliter con
ceperat: in tempoꝛe pꝛomulgauit:
in ſacris libꝛis antiqui teſtamenti:
per ſuum dilectum moyſen: vt ſa

cre littere testanł. Et extra, de sum ma tri. ꝛ fide catholica. c. Firmiter per quaꝫ manifeste declarauit esse vnum deum ꝛ trinum. creatorem ꝛ prouisorem totius vniuersi: atqꝫ redéptorem: eūqꝫ esse imortaleꝫ: gloriaꝫ paradisi: penas inferni incutiendo timorem male viuentibꝰ promittendo gloriam bonis ꝛ vir tuose viuentibus. Ecce igitur necessitas legis diuine ratione illumi nationis. ¶ Secūdo lex diuina ꝛ eterna est necessaria ratione deriuationis. Ubi notandum est ƀm phm. viij. phy. viij. Et. xij. meth. ꝙ a primo motore depédet celū ꝛ tota natura. Et ƀm Cōmentatoreꝫ .x. meth. Scientia dei causat res: ꝛ natura causał a rebꝰ. Et Phs .v. meth. Est vnum principiuꝫ necessarium a quo alia dependent. His prehabitis dicamus sic. Illud ꝙ est primū ꝛ principale simpliciter: ꝛ nō ƀm quid: est cā oīuꝫ alioꝝ: ꝛ omnia alia originanł ꝛ dependét ab eo. Declarat hoc phs x. metha. d. In vno quoqꝫ genere est dare aliquod primū: qđ est metrūm ꝛ mensura omniuꝫ que sunt in illo genere vel ordine. Sed lex eterna ꝛ diuina est prima ꝛ principalis: a qua omnes leges deriuantur ꝛ originantur: qꝛ est ideꝫ quod deus: vt Augusti. libro primo de libero arbitrio dicit. Lex eterna est ratio summa: cui summe obtemperādū est. Et. s. Doc. prima scđe. q. xciij. arti. i. Lex eterna est ratio diuine sapientie. Deus enim est actꝰ purus ꝛ eternꝰ vt dicit Phs. xij. metha. Et Cōmentator. ij. metha. Prima causa est magis digna in esse ꝛ in veritate: q̄ꝫ omnis alia essentia: qꝛ omnia acquirunt esse ꝛ veritatem a prima causa. i. a deo. Hoc dicit veritas increata: prout scribit. Salomō. Prouer. octauo. c. Per me reges regnant: ꝛ legum conditores iusta decernunt. Per me principes iperant: ꝛ potentes decernunt iusticiam. Job vigesimosecundo. Suscipe ex ore illius legeꝫ ꝛ pone sermones eius in ore tuo. Et iterum. Job. xxxvi. Ecce deus excelsus in fortitudine sua: ꝛ nullus ei similis in legislatoribus. Jacobi quarto. Unus est enim legis lator ꝛ iudex qui potest perdere ꝛ liberare. Audi Augustinū i primo. đ libero arbitrio. In temporali lege nihil est iustum aut legittimuꝫ: quod non ex eterna lege homines sibi deriuauerit Et. C. de prescriptione longi temporis. l. finali. In fine dicitur sic. Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo. ꝛ diuino quodam motu ad actiones ꝛ earum iura ꝑ

uenerunt. vt incorporales constitute possint, vbiqz suũ ius: τ effectũ corporalem ostẽdere. hec ibi. Patet igitur q lex eterna est prima: τ q ab ea omnes alie dependent: ergo lex diuina est necessaria. ¶ Tertio lex diuina τ eterna est necessaria ratione saluationis. Et sanctus Doc. prima secũde .q. lxxxxi. articu. iiij. Dĩ si homo ordinaretur tantũ ad finem: qui nõ excederet proportionem naturalis facultatis hominis: non oporteret hominem habere aliquod directiuum ex parte rationis super legem naturalem: τ legem humanitus positam: que ab ea. s. lege diuina deriuatur: sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis eterne: que excedit proportionem naturalis facultatis humane. Ideo necessarium fuit: vt supra legem naturalem τ humanam dirigeretur etiam ad suum finẽ: lege diuinitus data: hec ille. Et de hac lege scribit Lactantius libro. vij. de ira dei. c. viij. d. Curat hominum vitã deus τ singulorum actus animaduertit: eosqz sapientes ac bonos esse desiderat. Hec est voluntas dei ac diuina lex: quã qui sequitur: qui obseruat deo carus est: hec ille. Et cum contrariorum sit eadez ratio: quia vt dicitur. primo de anima. Rectum est iudex sui τ obliqui: ideo sequitur: q necessaria sit etiã lex diuina ad omnia delicta prohibenda: τ punienda. Lex enim humana vt inquit Augustinus primo lib. d libero arbitrio. Nõ potest omnia que malefiunt punire vel prohibere: quia dum auferre vellet omnia mala: sequeretur q multa bona tollerentur: τ impediretur vtilitas boni communis qđ est necessarium ad conseruationem humanam: vt ergo nullum malum interius aut exterius iprohibitum τ impunitum remaneat necessarium fuit superuenire legem diuinam: per quam omnia peccata interiora τ exteriora prohibeantur. Hec ex sancto Doc. prima secunde. q. nonagesimaprima. articulo quarto. De huius quoque legis diuine necessitate loquitur. Psalm9 octau9. Lex domini immaculata: idest nullam peccati turpitudinem permittens. Conuertens animas: quia non solum exteriores actus: sed etiam interiores dirigit. Testimonium domini fidele: propter certitudinem veritatis τ rectitudinis. Sapientiam prestans paruulis inquãtum ordinat hominem ad supernaturalem finem τ diuinũ. Hec sancti Doctoris expositio.



Tertio principaliter legis diuine ꝯtépla ri debemus veloci taté: Diuina ⁊ eterna lex tria ab homine maxime deposcit.
¶ Primū est fidei. Integritas.
¶ Scōm est spei. Firmitas.
¶ Tertiū é caritatꝭ ꝑfectibilitas.
¶ Primum igiť qḋ lex eterna ⁊ diuina vult a nobis: é fidei integritas. Jo. xiiij. Creditis in deū ⁊ in me credite. Hec aūt credulitas ⁊ integra fides duodecim ꝯtinet misteria. ſm ꝙ doudecim sunt cóclusiones ⁊ articuli sacratissime fidei christiane: quoꝝ duodecim fuerūt ꝑcones sanctissimi. s. apl'i. Prim⁹ náqꝫ articulus est: qué posuit Petrus apostoloꝝ princeps. d. Credo in deū patré oipotentem creatorem celi ⁊ terre. Scōs articulus est: qué posuit Johánes euágelista. d. Et in iesum xp̄m filiuꝫ eius vnicū dn̄m nostꝝ. Tertius articulus est: qué posuit Jacobus zebedei. d. Qui ꝯceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine. Quartus articulus est: qué posuit Andreas. d. Passus sub pontio pilato: crucifixus: mortu⁹: ⁊ sepultus: Quintus articulus est: quem posuit Thomas. d. Descendit ad inferos. Sextus articulus est: qué posuit Bartholomeus. d. Tertia die resurexit a mortuis. Septim⁹ articulus est: qué posuit Philippus. d. Ascendit ad celos: sedet ad dexterá dei pr̄is oipotētꝭ. Octau⁹ articulus est: qué posuit Mathe⁹ d. Jnde uéturus é iudicare viuos ⁊ mortuos. Nonus articulus est: qué posuit Jacob⁹ alphei. d. Credo in sp̄m sanctū. Decimus articulus est: qué posuit Simon. d. Et sanctá ecclesiá catholicá. Undecimus articulus est: qué posuit Thadeus. d. Sanctoꝝ cōmunioné: remissioné peccatoꝝ. Duodecimus articulus est: qué posuit Mathias. d. Carnis resurrectioné: vitam eternam. Amen. Unde Jnnocentius. iij. hanc fidei integritaté: ⁊ articuloꝝ necessitaté exprimés extra de sū. tri. ⁊ fi. catholica. c. i. ait. Firmiter credimus ⁊ simpl'r confitemur. ꝙ vnus est solus verus de⁹: eternus: imensus: ⁊ incómutabilis oipotens: ⁊ ineffabilis: pater filius ⁊ sp̄us sanctus. Tres quidé ꝑsone sed vna essentia: substantia: seu natura: simplex oio. Pater a nullo: filius a patre solo: ac sp̄us sanctus pariter ab vtroqꝫ: absqꝫ initio sem per ac fine. Pater generans: filius nascens: ⁊ sp̄us sanctus procedens: cósubstantiales ⁊ coequales: ⁊ cooipotentes: ⁊ coeterni. Uniuersoꝝ principiū: creator oium visibilium: ⁊ inuisibiliū: sp̄ualium. ⁊

corporaliū. Qui sua oīpotenti vir tute simul ab initio tēporis vtrāqz de nihilo condidit creaturā: spūa lem τ corporalē: angelicā vz τ mū danam. ac deinde humanā: qsi cō munē ex spū τ corpore ꝯstitutam. Et infra. Tandē vnigenitus dei fi lius xp̄s. cōiter incarnatus ex ma ria semper virgine: spūs sancti co operatōe ꝯceptus. verus hō fact⁹ ex anima rōnali: τ humana carne ꝯpositus. vna in duabus naturis psona. viā vite manifestius demon strauit. Qui ꝑm diuinitatē: īmorta lis τ impassibilis. idē ipse ꝑm hu manitatē: fact⁹ est passibilis: τ mor talis. Qui etiam ꝓ salute humani generis: τ in ligno crucis passus τ mortuus descēdit ad inferos. resur rexit a mortuis: τ ascendit in celuz: sed descendit in aīa τ resurrexit in carne. Ascendit pariter in vtroqz venturus in fine seculi: iudicatur⁹ viuos τ mortuos: τ redditurus singulis ꝑm opera sua: siue bona fuerint siue mala. illis cum diabo lo penam perpetuam. τ istis cum xp̄o gloriā sempiternam hec ibi. ¶ Scōm q lex eterna τ diuina vult a nobis. est spei firmitas. Re quirit enim ipse deus vt totā spez nr̄az in eo ponamus. τ nō in crea tura. Ait' eniz Dauid ps. lxi. Spe rate in eo oīs congregatio populi: effundite coram illo corda vestra. deus adiutor noster in eternū. vñ Justinianus impator ī. l. i. C. d ve teri iure enucleando. inquit. Deo auctore: nostrū gubernāte impiuz: qd nobis a celesti maiestate tradi tum est: τ bella feliciter pagimus: τ pacē decoramus: τ statū rei pu blice sustentamus. Et ita nostros aios ad dei oīpotentis erigimus adiutoriū: vt neqz armis ꝯfidam⁹ neqz nostris militibus: neqz bello rum ducibus: vel nostro ingenio: sed omnē spem ad solam refera mus sūme prouidentiā trinitatis. vnde τ mundi totius elemēta pro cesserunt: τ eorum dispositio in or be terrarum producta est: hec ille. ¶ Tertium qd lex eterna τ diui na vult a nobis. est charitatis per fectibilitas. Requirit nempe de⁹ vt ipsum perfecte pre omnibus creaturis diligamus. Deut. x. Quid dn̄s deus petit a te nisi vt diligas eū: ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo τ in tota ani ma tua. Et Deut. xi. Ama itaqz dominū deum tuum τ obserua p cepta eius. hec ille. Ut huius igit diem dilectionis. τ charitatis per fectionem sūmani: nobis insinuat. Prosper in libro de vita contem platiua. Et Gratianus in decretis de pe. d. ij. c. Charitas. vbi sic in quit. Charitas est vt mihi videt: recta volūtas ab omnibus terre

nis ac presentibus aduersa: iuncta vero deo inseparabiliter: et vnita igni quodam spiritus sancti: a quo est et ad quem refertur incensa: inquinamenti omnis extranea: corruptionis nescia: nulli vitio mutabilitatis obnoxia: super omnia que carnaliter diliguntur excelsa: afflictionum omnium potentissima: diuine contemplationis auida: in omnibus semper inuicta: summa actionum bonarum: salus morum: finis celestium preceptorum: mors criminum: vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorum: anima sanctarum mentium: causa meritorum bonorum: premium perfectorum: sine qua nullus placuit deo: cum qua nec potuit aliquis peccare nec poterit: fructuosa in penitentibus: lata in proficientibus: gloriosa in perseuerantibus victoriosa in martiribus: operosa in omnibus fidelibus. Ex qua quicquid est boni operis viuit. hec ille. Conetur igitur quisque huic diuine legi: corde: ore: et opere consentire hic per gratiam. et in futuro per gloriam. Amen.

¶ Feria secunda. in quinquagesima: De ludo alearum: sermo. v.



Postquam flagellauerint occident eum. Luc. xviij. Errauerunt nonnulli vehementer existimantes et secum falso reputantes: temporis amissionem nullum esse peccatum. Contra quos Bernardus ait. Omne tempus nobis impensum requiretur a nobis: qualiter sit expensum. Ideo Hiere. suam deflens infelicitatem: lacrimabili voce dicebat. Vocauit aduersum me: tempus vero lusoribus non incongrue accomodari potest: contra quos in nouissimo die aduocabitur tempus. Hoc namque contempto: spretoque sacrorum dierum cultu: cum iactura spiritualis temporalisque substantie circa detestabile ludi pectum: tempus preciosum in vanum expendunt. Et christum flagellantes: iterum cum perfidis iudeis occidunt. Et quia ludus est quodammodo fons: principium: et origo vniuersorum. Idcirco de eo hodierna die locuturus tria principaliter declarabo.

¶ Primo. Grauationem.
¶ Secundo. Participationem.
¶ Tertio. Restitutionem.

¶ Primo ludi alee seu fortune considerare debemus grauationem. tam graue et horrendum vitium est: vt ista conclusio ponatur. extracta a s. Doc. in secunda secunde. q. clxviij. ar.

tertie. Ludus alee ſeu fortune intē tus propter cupiditatem ꝛ auariciam in notabile dannū proximi ē peccatum mortale. qꝺ triplici ratione probatur.

¶ Primo rōne ꝓhibitionis.

¶ Scꝺo rōne tranſgreſſionis.

¶ Tertio rōne punitionis.

¶ Primo ꝓbatur ratione prohibitionis ſic. Illud qꝺ prohibetur preceptorie per legem ciuilem: canonicam: eſt peccatum mortale. ſꝫ talis ludus prohibetur preceptorie per legem ciuilem ꝛ canonicam. Nam lex ciuilis precipit vt nullus alterum ledat: vt patet. ff. De iuſticia ꝛ iure. l. iuſticia. Luſor autem totis viribus conatur proximuꝫ ledere. adeo vt ſi poſſet vſqꝫ ad camiſam euꝫ ſpoliaret. Quapropter ius ciuile ſpecialiter inuehit contra huiuſmodi effrenatos luſores: prohibens ne quis alee ꝛ fortune ludat ludo: vt habetur. ff. de aleatoribus per totum. In autentica de ſanctiſſimis epiſcopis. paragrapho. Interdicimus. Per legem canonicam. extra. De vita ꝛ honeſtate clericorum: vbi dicitur. Ad aleas vel taxillos non ludant: nec huiuſmodi ludis interſint. Et q̄uis capitulum loquatur de clericis: tamen ꝛ laicis prohibetur. vnde ibi vacat argumentum a cōtrario ſenſu. quia alibi non ſolum clericis ſed etiam laicis prohibetur: vt patet. d. xxxv. c. i. Leges enim humane: ſi iuſte ſunt: obligant in foro cōſcientie: vt declarat. ſ. Doc. prima ſcꝺe. q. lxxxvj. ar. quarto. Ita qꝫ non obſeruantes eas ſunt in ſtatu dannationis: patet per Auguſtinum ad Bonifacium. Et in decretis. d. ix. Imperatores: vbi dicitur. Quicunqꝫ legibus imperatorum que pro dei veritate feruntur obtemperare non vult acquirit grande ſupplicium. hec ille. Et extra. De maioritate ꝛ obedientia. capitulo. ſcꝺo. Et capitulo. Solite. dicitur. Qui non obedierit principi: morte moriatur. ergo ludus taxillorum qui ex cupiditate principaliter ꝛ in notabile dannum proximi fit: eſt peccatum mortale.

¶ Secundo probatur ludum predictum eſſe peccatum mortale: ratione tranſgreſſionis: ſic. Quicunqꝫ tranſgreditur aliquod preceptum diuine legis. peccant vtiqꝫ mortaliter. Sed talis luſor tranſgreditur nedum vnum preceptuꝫ diuinum. ſ. Non concupiſces rem proximi tui: ſed qꝺ grauius eſt omnia precepta legalia tranſgreditur ꝛ conculcat: ergo ludus alee ꝛ cartarum eſt peccatum mortale. Qꝺ autē luſor tranſgrediat omnia precepta dei: pꝫ diſcurrendo ſingula. Primo tranſgreditur

primum preceptum. De adoratione ⁊ veneratione ac dilectiōe vnius dei. Colit enim lusor duos vel tres taxillos. Colit ymagines ⁊ figuras creatarum. Naꝫ ista deo preponit: vnde glo. sup illud apostoli. Quorum deus vēter ē. dicit. Hoc enim ab homine colit̄: qđ pre ceteris diligitur. Subicit eniꝫ se lusor iurisditioni taxillorꝫ: illis obedit: illos veneratur: adeo vt taxillos inuoluat serico: ⁊ odore perfuso: apud cor in bursa retineat: illos osculat̄: illis se cōmendat. Et sic maledictus lusor efficit̄ ydolatra pessimus: quod est peccatuꝫ maximum. Peccant secūdo contra secundū preceptum: quod est Non assumes nomen dei tui in vanum. Proprium est vtiqꝫ lusorum mendatijs vti: ⁊ se periurijs armare: dum vnus affirmat: sua puncta apparuisse. ali⁹ negat: vn⁹ dicit vnū. alius aliud. In vanum certe nomen dei assumunt: ⁊ qđ scelestius est: non desinunt maledicta contra ipsum deū: contra beatam virginem: contra sanctos proferre: blasphemant ⁊ abnegant fidem: baptismum: euangelium: crucifixum. Et quid aliud est barataria: nisi fons omnium blasphemiarum: maledictionum ⁊ abnegationum? Et quid est barataria nisi bec haria in qua lusores agnum dei christum aggrediuntur: etiam cuꝫ armis ac pugnis ymaginem eius ac virginis marie feriunt? Quid peius referam. Deo omnipotenti, fichas faciuut: spuūt: strident cō tra ipsum: quem proditorem appellant: ⁊ matrem eius meretricē. Contra tertium preceptum peccant nephādi lusores. Quia quāto sunt maiora festa: tanto libenti⁹ suis baratarijs ea polluunt: ⁊ maxime sacratissima festa natalis domini nostri iesu christi. In quib⁹ pater eternus pro nostra salute nasci voluit filium suum in hunc mūdum. Maledicti vero lusores in vituperium tante festiuitatis ⁊ cōtēptum tantorum mysteriorꝫ: dies ⁊ noctes ducunt insomnes: diabolicis vacantes ludis: imemores effecti tantorꝫ beneficiorum. O grande peccatum. O celum quomodo non abscondis faciem tuam a nobis? O sol quomodo nō trahis lumen tuum? O terra quomodo nō contremiscis? O hoīes pij ⁊ iusti quomodo non fletis in tam execranda iniuria creatoris? Nascitur christus paruulus. pauper. lugens in presepio pro salute hominum. ⁊ ecce blasphematur in ludo. Hoc est quod faciunt lusores in agendo gratias deo pro beneficio. Contra quartum preceptum peccant lusores: quia nō ho

norant patrem neqꝫ matrem. imo
eos spernunt ⁊ vituperant. Effici
untur erga eos duri ⁊ obstinatis-
simi. Non acquiescunt eorum ad
monitionibus. Non verentur eo
rum cōfessores: neqꝫ religiosos
ceteros. Et quod longe horribili⁹
est: cum aliquādo perdiderint. cla
mant contra parentes: īponunt su
per eos man⁹ sacrilegas: maledi-
cunt hore conceptionis: ⁊ partus
maledicunt vberibus matris: ma
ledicunt animabus: corporib⁹ pa-
rentum: auoꝝ ⁊ proauoꝝ. O pes
simi filij. O dānatissimi filij: quis
liberabit vos a gladio iustissimi
dei? Contra quintum preceptum
peccāt lusores: q: inter eos obori
unt iurgia: cōtumelie: lites: arma
capiunt: se feriunt: mutilant: occi-
dunt. sicut accidit Verone supiori
anno. Unus enim lusor pro posta
vnius solidi fuit occisus ab altero
lusore. Minant filijs quottidie ⁊
vxori. Heu misera vxor quotiēs
reuertitur maritus lusor ⁊ spurcis
simis verbis eam aggredit: ruit ⁊
īpetit vt leo rugiens: occidit pro-
pterea parentes. vicinos. amicos.
proxios. ligua sua venenatissima
murmurando. detrahendo. susur-
rando. ⁊ alioꝝ famā extinguēdo.
Contra sextū preceptum peccant
lusores. Naꝫ qui sunt dediti ludo
cū nō habent ad ludēdū furantur
rapiunt. ⁊ depredantur. vel a pa-
rentibus occulte accipiendo: vel a
vicinis. vel a magistris: si in exerci
tijs sunt artiuꝫ mechanicarum: au
ferunt ab vxoribus iocalia. mani-
chas. corigias: ⁊ vestes: ⁊ ponunt
pro pignore. subtrahūt necessaria
familie sue. permittunt suos mori
fame: ⁊ sepe in tantam dementiā
veniunt lusores vt proprias vxo-
res vendant. ⁊ aliquando seipsos
spoliant. alienant omnia vsqꝫ ad
brachas. Contra septimum prece
ptum peccant lusores. Tales eniꝫ
vt plurimuꝫ sunt lasciui: carnales
molles. luxuriosi. sodomite: mere-
tricatores. Nec mirum. Nam ta-
les sunt gule dediti. papatores. in-
gurgitatores. ebriosi. Nunquam
ieiunant etiam in die veneris san
cti. Exinde oriuntur cogitationes
lasciue. verba impudica: ⁊ innume
rabiles actus bestiales. Contra
octauum preceptum peccant lu-
sores testificando false. Unus eniꝫ
lusor iniuste defendit aliuꝫ: ⁊ ex
hoc nullus eis credit. nullus fideꝫ
adhibet. omnes eos fugiunt. nul-
lus de eis cōfidit. nullus eos vult
pro testibus: quia sunt infames ⁊
testificari non possunt. Ostendun
tur digito: ⁊ merito: quia ab omni
veritate sunt alieni. Contra deci-
mum preceptum peccant lusores:
quia ex quo ociosi sunt: non labo

rantes non acquirentes sua industria res alienas desiderant: et per phas et nephas eas vellent habere. Et quis posset o deus enarrare diluuium peccatorum: abhominationum: et offensionum lusorum. Et quis posset explicare inconuenientia que inde sequuntur? Audi Basilium in examerон. Jocus remissam efficit animam et inutilem: dei precepta impedit: nec delicta sua potest ad memoriam reuocare: sed obliuiscens eorum nec se instigat ad penitentiam: et ita paulatim omnibus bonis priuatur: h ille. Talem enim ludum etiam pagani abhominantur. Unde Tullius in primo de officijs. Unum genus iocandi est illiberale: petulans: flagitiosum: obscenum. h ille. Quid turpius dicemus contra pessimos lusores? Sunt enim corruptores ciuitatum et rerum publicarum: sunt deuiatores iuuenum: sunt confusores parentele: sunt totius vite humane scandalum: sunt dyabolici incarnati: sunt sentina et cloacha omnium fetorum et criminum. In eis regnat peccatum superbie. in eis regnat peccatum inuidie. in eis regnat peccatum luxurie. in eis regnat peccatum ire. in eis regnat peccatum gule. in eis regnat peccatum accidie. in eis regnat dyabolus huius sceleris inuentor ac fautor. Et ideo Chriso. Non deus sed dyabolus dat ludere. Et Cyprianus in epistola contra aleatores: que incipit. Magna nobis dedit. Alee tabula est dyaboli laqueus manifestius. venenum letale: serpentis dyaboli malum et delectatio: vulnus insanabile: vbi dyabolus presto est: et ad capiendum submissus: et cum ceperit: de captiuo triumphat: vbi dementie furia: venale periurium et colloquium serpentium: rabiosa amicitia: atrocissimi sceleris immanitas et fraternitas discordans. Illic cōuitia et audatia sceua: mēs insana: ac ferina impatientia: ibi possessionum amissio: et pecuniarum ingentium perditio. demonstratio litigiorum et furens demētia. h ille. Et ibidem. Christianus qui alea ludit dyabolo imolans: auctoris manus polluit. Christianus quicunque es et alea ludis. hoc primo in loco scire debes quia nō es christianus sed ethnicus: et dominicum preceptum in vanum sumis. h ille. Et quis dubitat iam quod ludus sit peccatum mortale? ¶ Tertio probatur ludum esse peccatum mortale ratione punitionis sic. Nullus punitur in hoc mundo et in alio penis maximis ab ecclesia et a deo eius sponso nisi pro peccato mortali: sed proditores lu

fores maximis puniuntur penis. ab ecclesia ⁊ a deo hic ⁊ in futuro ergo talis ludus est peccatū mortalissimum. Nam ecclesia sancta lusores deponit ⁊ eos excommunicari precipit. vt patet in decretis. distin. xxxv. c. episcopus: vbi sic dicitur. Episcopus aut presbyter: aut dyaconus: alee aut ebrietati deseruiens: aut desinat aut certe damnetur .i. deponatur. Subdiaconus autem: aut lector: aut cantor similia faciens: aut desinat aut communione priuetur: similiter ⁊ laicus. h' ille. Ergo tales peccant mortaliter. Debent tamen primo moneri: ⁊ si non se correxerint: tūc sunt excommunicandi. Excōmunicatio autem non infertur nisi pro peccato mortali: vt. s. Boc. iiij. senten. distin. xviij. q. ij. ar. primo. ergo talis ludus est peccatum mortale. Aduertendum tamen ꝙ ludere ad fortunam quid modicum: vt pueri faciunt: vel ob recreationem moderate. non videtur mortale. vnde⁹. ff. de aleatoribus. l. si. dicitur. Quod in conuiuio. vescendi causa. ponitur: in causa rem ludere familiam permittitur. Et hoc etiam videtur innuere textus capituli illius ex modo loquendi. dicit enim deseruiens: quod denotat frequentiam idest valde ⁊ frequenter deditus ludo: quod fit communiter ex cupiditate. vis vlterius audire ꝗʒ graue: ꝗʒ ponderosum: ꝗʒ horribile: ꝗʒ odibile sit coram iustissimo deo? Deus profecto iustissimus in hoc mundo seuerissime punit lusores. Nam aliquando oculi lusorum ceciderunt super mensam lusoriam: aliquando vexati sunt terribiliter a demone: aliquando os eorum inuersum ē ad partem posteriorem: aliquando fulgure percussi. Recitat enim: vt cetera taceam: beatus Guilelmus paraldus ordinis predicatorum in summa sua. Qd dum quidam lusor ludendo iuraret per oculos dei: continuo eius oculus ex capite exiens coram omnibus super mensam lusoriam cecidit. Refert etiam de quodam sagittario: qui ludens perdiderat: vnde repletus ira: contra deum: versus celum: sagittam emisit. Sequenti autem die. eadem hora. dum predictus luderet. omnibus videntibus. in medio ludentium. cecidit e celo eadem sagitta sanguinolenta.

Punit insuper iustissimus deus maledictos lusores in alio mūdo: quia eternaliter eos cum centūmilia dyabolis in ignem eternū trāsmittit. Legit̄ eniʒ ꝙ i Susacra ciuitate: dyocesis colonien-

sio: miles quidã Themo nomine: sic deditus fuit ludo taxillorum vt die ac nocte semper paratus esset ludere. Nam in ludo fortunatissimus erat ꝛ multoꝝ marsupia vacuabat. Nocte vero quadã: demõ in specie humana vt cũ eo luderet domũ illius intrauit. Habens sacculum nummis plenũ: ꝛ diu ambo luserunt. Cum aũt demon vinceret ꝛ militi pecunia deficeret: iratus dixit. Nunquid dyabolus es tu? Et ille. Nunc satis est. Appropinquat enim tempus matutinale: oportet nos ire: tollensq́ꝫ illuꝫ per tectum traxit. Eius vero viscera: tegulis retrahentibus miserabilr̃ excussit. Et quid d̃ corpore lusoris actuꝫ sit. vsq́ꝫ hodie ignorat̃. Mane reliquie viscerum tegulis inhe rentes reperte sunt. O maledicte lusor. O dyabolica creatura. O pdite in corpore ꝛ in anima: expecta vindictã dei. Expecta fulgur d̃ celo. Est impossibile ꝙ deus non puniat te. Immo teipsum punies deo permittente. Quot lusores se ipsos necauerũt Quot seipsos suspenderũt? Quot se proicerunt in fluuio? Quot sunt a dyabolo suffocati. Quot in corpore ꝛ anima perierũt ꝛ in inferno sepulti sunt? Ecce ergo grauitas tam mortalissimi ꝛ nephãdissimi sceleris: tribus clarissimis rõnibus declarata.



Q̃d ieiuniũ inquantũ pertinet ad
correctõem peccati vel ſatiſfactiões
in penitentia vel ad eleuationé mé
tis ad ſpũalia. ſic in cõmuni cadit
ſub precepto legis noſtre. Sed de
termiatio tépoꝛis ⁊ modi ieiunãdi
ſm ꝯuenientiã ⁊ vtilitatem popu
li chriſtiani cadit ſub ꝑcepto iuris
poſitiui. Et ſm talem ꝯſideratiões
dicimus: ꝙ eccleſia eſt cauſa effici
ens ⁊ cauſa precipiés ieiunij. Lex
enim naturalis licet in generali ꝑ-
cipiat ieiuniũ: tñ nõ determinat té
pus: neqꝫ modũ: neqꝫ cibuꝫ: neqꝫ
horã: ſed hec determiat ⁊ precipit
lex poſitiua: ſancte matris eccleſie
per ſuos ſacros canones. vt patet
in decretis. de ꝯſe. d. iij. c. Nõ lꝫ. c.
Nõ oꝫ. Et. c. Placuit. Et de cõſe.
d. v. c. Quadrageſima ⁊ ſũt Gre
gorij v̾ba i Homl'. Quadrageſi
ma ſũma obſeruatõe, obſeruãda
eſt vt ieiuniũ in ea preter domini-
cos dies qui de abſtinẽtia ſunt ſub
tracti niſi quem infirmitas impe-
dierit nullatenus ſoluatur: q: ipſi
dies decime ſunt anni. h̾ ille. Un-
de tenent omnes ⁊ ſinguli chriſtia
ni ex precepto ieiunare: niſi legiti-
me excuſentur: put in tertie partis
fine patebit. Euſebius quoqꝫ pa
pa de conſe. diſt. v. c. Jeiunia. ait.
Jeiunia in eccleſia a ſacerdotibus
inſtituta: ſine neceſſitate rõnabili ñ
ſoluãt. hec ille. Quia vt ſcribitur.
xiiij. q. i. Quiſquis preceptis non
obtemperat reus eſt ⁊ debitor pe
ne: ⁊ ĩfra. Q̃d precipitur. impat.
Et qd̃ imperatur: neceſſe eſt fieri.
Et di. xij. c. Preceptis. dicit. Pre
ceptis apoſtolicis nõ dura ſupbia
reſiſtatur: ſed per obedientiã: que
a ſancta romana eccleſia ⁊ apoſto
lica auctoritate iuſſa ſunt ſalutifere
impleant. Et. c. Non decet. eadeꝫ
di. Caliſtus papa ait. Sicut filius
dei venit facere volũtatem patris
ſic ⁊ vos replete volũtaté matris
veſtre: que eſt eccleſia. Et di. xix. c.
Sic omnes. dicit. Sic oés apo
ſtolice ſedis ſanctões accipiende
ſunt: tanqꝫ ipſius diuina voce pe-
tri formate Jdem habet in. c. Jn
memoriã. Et capitulo. Enimuero.
Et capitulo. Nulli faſ. ea. diſt. Et
colligit hoc ex verbo xp̃i. Mat.
xviij. Si eccleſiam non audierit ſit
tibi ſicut ethnycus ⁊ publicanus.
Sancta ergo mater eccleſia conſti
tuit ieiunia quadrageſime ſub pre
cepto: cui obtemperãdũ eſt. Et ꝙ

ipsum ieiunium sub precepto ꝭuá
dum sit vt dictum est. Non solum
sacri canóes affirmát. sed ⁊ Theo
logoꝝ scola. in. iiij. sen̄. d. xv. Irre
fragabiliter tenet. Est igiꝭ duplex
causa efficiens ieiunij. s. naturalis
⁊ ecclesiasticalis. ¶ Scd̄o in p̄dicta
diffinitione tangitur cá materialis: ibi. Abstinentia a cibo ⁊ po
tu. i. ꝙ cibis vtamur quadragesimalibus: ⁊ ꝙ semel comedamus
in die. Sꝫ dices. licet ne in quadra
gesima comedere oua ⁊ lacticinia
scilicet lac vel caseum vel butiruꝫ:
respódet. s. Boc. in. xxij. q. cxlvij.
ar. vltimo. Et in. iiij. sen̄. Et. d. Pe
trus de palude vt supra. Et in decretis quoqꝫ dist. xij. c. Illa die. Et
lxxvi. c. Utinam. Et Grego. scribens ad Augustinū ep̄m angloꝝ
di. iiij. c. Deniqꝫ. ꝙ nó licet. dicés
sic. Par auteꝫ est vt qui his diebus a carne aialiuꝫ abstinem⁹: ab
omnibus quoqꝫ que sementinam
trahunt originem ieiunemus a lacte vꝫ ⁊ caseo ⁊ ouis. hec ibi. Esus
autem carniū vt dicit. s. Boc. vniuersaliter in omni ieiunio prohibetur: q̄ generaliter magis est delectabilis: ⁊ ad humoreꝫ luxurie ma
gis cooperaꝭ. In alijs autem ieiu
nijs extra quadragesimá. diuerse
consuetudines comedendi sunt. q̄s
quisqꝫ obseruare potest ꝭm moreſ
eorum inter quos conuersatur. Et
Hieronymus ad Lucianū ⁊ habetur i decretis. di. lxxvi. c. Utiná.
Et ꝭm hanc materialem causam
diffinitur ieiunium ab Isidoro sic
Ieiuniū est parsimonia victus ab
stinentiaqꝫ ciboꝝ. Hec enim abstinétia multū comendaꝭ ⁊ persuade
tur. di. xxxv. c. Sexto die. Et d̄ ꝯse.
di. v. c. Sint tibi quotidiana. Et. c.
Sint tibi ieiunia. vsqꝫ ad. c. Legimus: q̄ sunt numero. xiij. ¶ Tertô
causa formalis in predicta diffinitione tangitur ibi. Intuitu satisfaci
endi vel vitandi peccatū. Reformatur enim aīa per abstinétiá cor
poris. Nam per ingluuié atqꝫ cra
pulam aīa perdit suū esse formale
scꝫ gratiam: ⁊ ornamentū spirituale. sed per ieiunium ⁊ per abstinentiam anima reformatur ⁊ reponitur in suo esse spirituali. Et
ꝭm hanc causam formalé Hiero.
diffinit ieiunium sic. Ieiuniū est p
fecta virtus ⁊ ceteraꝝ fundamentum virtutū. ¶ Quarto causa finalis in predicta diffinitóe tágitur
ibi. Ad vitá eterná acquirendam.
Ió. n. ieiunamus vt possimus cuꝫ
xp̄o ieiunáte celū ingredi. vn̄ ait.
Gre. A p̄adisi gaudijs per gulaꝫ
cecidimus: sed ad h̄ per abstinentiam insurgamus. Et Ambrosius
distin. xxxv. c. Sexto die. Gulla a
paradiso regnantem expulit. abstinentia ad paradisum reuocauit

errantē. vnde Helias vt habetur. iij. Re. xix. Post ieiunū raptus ē in celum: sic nostro ieiunio in celū tanꝗ̄ in finē nostrum tendimus. Et hec de primo principali.



Ecundo principaliter debemus ieiunij ↄsiderare fructificationē. Ex sacrosanctissimo ieiunio. Duodecim fructus suauissimi oriuntur: quos ex diuersoꝝ doctoꝝ dictis collegi. ¶ Primus ergo ieiunij fructus est carnis subiugatio: iste fructus habet a. s. Doc. in. xxij. vbi. s. Et in. iiij. di. xv. q. iij. ar. i. Ex duplici enim substātia cōpositus est homo corporali. s. ꝛ spirituali: vt pꝫ per Phm. ij. de anima. Natura aūt corporis ſm ordinem rationis: est ꝙ spūi subijciat. Et natura spūs: est vt carni dn̄et: eam dirigendo ꝛ ad virtutis exercitiū ea vtēdo. Hanc aūt duplicē virtutē seu naturā ponit Arist. iij. de anima. Cōparando eas duab⁹ speris celestibus: quaꝝ vna. s. inferior a superiori mouet ꝛ regulat: licet inferior aliquē propriuꝫ motum habeat: ꝑpter qđ tn̄ ab ordine supiori nō deuiat. Sic etiam in hoie duplex est virtus seu natura .s. inferior. i. appetitus sensitiuus: ꝛ supior. i. mens seu ratio que appetitū gubernat. Hec aūt facit ipa ratio: marie ꝑ virtutē abstinentie: que ꝓhibet ne qđ nimis corpori detur. vn̄ Macrobius de somno scipionis ait. Tēperantia est i nullo moderamine rōnis legē excedere subiugo rōnis cupiditateꝫ domare: hec ille. Ex quo pꝫ ꝙ remediū efficax ad reprimendā carnis rebellionē: ꝛ eā spiritui subiugandā: aut subijciendaꝫ: est ieiunum. Ideo Apost. Pa. i. Cor. ix. Castigo corp⁹ meū ꝛ in ſuitutē redigo. vn̄ Hiero. in epl'a ad Eusto. xxxij. q. v. c. Si paulus. Si Paulus inquit vas electionis ꝛ preparatus in euāgelio xp̄i: ob carnis aculeos ꝛ incētiua vitioꝝ: reprimit corpus suuꝫ ꝛ in seruitutē subicit: ne alijs predicans ipse reprob⁹ efficiatur: ꝛ tamē videt aliam legē in mēbris suis: repugnantē legi mentis sue. ꝛ captiuanteꝫ in lege peccati. si post nuditatem ieiunia famē carceres flagella supplicia in semet reuersus exclamat. Infelix ego hō quis me liberabit de corpe mortis huius: tu te putas securam esse debere: hec ille. ¶ Scđs ieiunij fruct⁹: est christi ↄformatio. Christus eniꝫ etiam ſm ꝙ homo: est caput ecclesie. Aposto. ad Ephesi. primo. Ipsum dedit caput super oēm ecclesiam. Et quia nos christiani sumus eius mēbra: ideo ipsi capiti nostro xp̄o conformari debemus.

Ieiunauit ipse xpus quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus. Mat. iiij. igitur ꝛ nos abstinere ꝛ ieiunare oportet. vñ dicit. s. Doc. in. xxij. q. cxlvij. ar. vij. Seminantes enim dum carnē suaꝫ affligūt: cōformātur passioni xpi. que maxime cōpleta fuit hora none: quando inclinato capite emisit spiritū. Et hec ē competēs hora comedēdi: vt dicit. s. Doc. quia expectatio vsqꝫ ad nonam affligit: ante vero notabiliter comedere ē frangere ieiunium: post vero potest differri quantū placet. vñ Apost. ad Gal. v. Qui xpi sunt carnē suam crucifixerūt cuꝫ vitijs ꝛ concupiscētijs. Cum igitur xps amore tui ieiunauerit se afflixerit vendi ꝛ crucifigi voluerit: attende ad ieiunantē: ad afflictum ad venditū ꝛ crucifixū. Cuꝫ hac sacra. quadragesima imitare: ꝛ capiti spinoso spinis penitētie teipsum cōforma. Pudeat eniꝫ vt ait Bernardus sub capite spinoso mēbrum fieri delicatū. ¶ Tertius ieiunij fructus est intellectus clarificatio hic fructus ponitur a. s. Doc. in. xxij. vbi. s. Et in. iiij. sen. di. xv. q. iij. arti. i. Nam sic est i maiori mundo. Videmus enim ꝙ ex multis vaporibus resolutis ab aq̄ ꝛ terra aer obnubilatur: ꝛ claritas solis nobis impeditur ꝛ ꝺm hunc modū in minori mundo fit. s. in nobis. Ex multo enim cibo ꝛ potu multi vapores resoluunt ꝛ ad cerebrum ascendūt: ex quibus virtutes animales intellectui deseruiētes offuscantur ꝛ p ꝯsequens intellectus in sua operatione impedit: ꝑpter qd̕ dicit Isidorus. Qui nimio cibo vtunt quāto magis ventrem pascunt: tanto magis sensum offuscant: hec ille. Et Hieronymus venter pinguis gignit tenuem sensum. i. intellectum. Sed subtracto cibo per ieiunium diminuuntur vapores: ꝛ subtiliant spiritus animales: ꝛ sic acuit intellectus atqꝫ clarificatur: siue imprudenter agēdis ꝛ disponendis: his que extrinsecus sunt: siue in interioribus. s. lectionibus orationibus prophetijs reuelationibus ꝛ contemplationibus diuinis. Unde ieiunans Daniel eleuatus fuit ad intelligendaꝫ visionem. Cui dictum est ab angelo. Animaduerte visionem sermonis ꝛ intellige. Dañ. ix. Ieiunans Johannes euangelista in insula Pathmos reuelationem secretorum celestium habuit: vt patet in apocalipsi. Ieiunantes apostoli superno lumine sunt illustrati. Act. ij. Ieiunanti Moysi data est lex: ꝛ didicit populuꝫ docere ꝛ dirigere. Exo. xxxiiij. ¶ Quartus ieiunij fructus est corporum sanificatio. Hic fructus elicitur a sancto

Thoma super epistolam ad Thimo. ꝑme. ad thy. iiij. Et clarius in .iiij. distin. xv. q. iij. articu. ij. Nam ſm naturales ꝛ quotidianam experientiam. Infirmitas prouenit ex multa corruptione. Corruptio autem ex infirmitate humorū. Infirmitas humoruꝫ ex multa comestione: sed per ieiuniuꝫ diminuitur comestio: ꝛ per cōsequēs diminuitur humorum multiplicatio: ꝛ sic cessat infirmitatis corruptio. vnde Galienus ait. Abstinentia summa est medicina. Hinc ꝛ Johānes os aureum: ꝛ habet de conse. di. v. c. Nihil enim sic iocūdū est sicut cibus: bene digestus aut decoctus. Nihil salutem: nihil sic sensuum acumen operatur: nihil sic egritudinem fugat: sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento ꝛ sospitateꝫ simul procreat ꝛ voluptatem: abūdātia vero morbū facit: ꝛ molestias ingerit ꝛ egritudines generat: ħ ille. Et. c. Hec tales. Et. c. Legimꝰ. vnde ꝛ Ecclesia. xxxvij. In multis enī escis erit infirmitas: propter crapulā multi perierūt: qui autem abstinens est adijciet vitam. ¶ Quintus ieiunij fructus ē peccatoꝝ satisfactio: ſm eniꝫ. s. Tho. in. iiij. sentē. d. xv. q. i. ar. iiij. Ieiuniū est vna de tribus operatiōibus satisfactorijs ꝛ vnum de singularibꝰ remedijs penitentie. Ideo primo die quo penitentiaꝫ quadragesimalem incipimus. In epistola dicitur. Joel. ij. Vocate cetū: sanctificate ieiuniū. Et in euangelio proponitur ieiunium. Mat. vi. Cū ieiunatis ꝛc. Satisfacit enim ieiunium pro cōmissis peccatis ꝛ omissis. Peccādo enim caro delectaꝝ: ꝛ ieiunādo affligitur: quod quidē est satisfaciēdi conueniēs modus. Unde Gregorius in omel. Ductus est. Caro nos leta traxit ad culpā: afflicta reducat ad veniā. Vide. di. lxxvi. c. Igitur ꝛ ſm Phm. ij. Ethicorū. Pene medicine q̄dā sunt. Et pena satisfactoria indiciꝝ ꝑpter emēdaꝫ culpe preterite. ¶ Sextus fructus ieiunij est culpaꝝ preseruatio. Hic fructꝰ poniꝝ a. s. Tho. in. iiij. di. vt. s. Preseruat siquideꝫ a peccatis: q2 debilitat concupiscentiaꝫ: ꝛ ex consequēti homo nō sic facile labitur in peccato. vnde Prouer. xxvi. Cum defecerint ligna: extinguet ignis. Et Hieronymus ad demetriadē. A rege babilonie tribus pueris ignis preparatur. Sꝫ quomō ibi quartus spēm habens filij dei incensos mitigat ardores: sic in animo virginali rore celesti ꝛ ieiunorum frigore: puellaris calor extinguitur ꝛ humano corpori angeloꝝ cōuersatio ꝑparaꝝ: hec ille. Et Ambrosius in epistola ecclesie

vercelleñ. Uapor corpis instrués
libidineꝫ: cibo alitur aut diminuit
cibo excitatur: cibo soluit: hec ille.
Qui enim aurum ⁊ gemmas pre
tiosas p̄seruare cupit: hostiuꝫ clau
dit: sic cupiens se a vitijs preserua
re buccá claudat abstinendo ⁊ ie-
iunando. ¶ Septimus ieiunij fru
ct⁹ é demonioꝝ expugnatio: hic ha
bes a. s. Tho. in. iiij. p. q. xxxx. ar. ij.
Expugnant enim demones ⁊ su-
perantur per ieiunium. Exéplum
xp̄i clare denotat. Mat. iiij. Qui
ieiunus superauit temptatorem ⁊
expulit. vnde Hiero. ad celantiaꝫ.
Ardétes diaboli sagitte ieiunoꝝ ⁊
vigiliaꝝ frigore restringende sunt.
Ideo christus dixit apostolis non
valentibus demonem expellere.
Mat. xvij. Hoc genus demonio
rū nó eijcitur nisi in ieiunio: ⁊ ora
tione. Stat eniꝫ diabolus libenter
cum gulosis. Job. xl. Sub vmbra
dormit: in secreto talami: in locis
humentibus. Exépluꝫ habetur in
vitis patrum de quodam fratre: q̇
etiaꝫ hora prime intolerabiliter té
ptatus a demone famebat. Et ipse
sibimet dicebat. Qualitercūqꝫ sit:
oportet te expectare vsqꝫ ad ter-
tiam. Et hora illa dicebat oportet
expectare vsqꝫ ad sextam: ⁊ hora
sexta dicebat oꝫ expectare vsqꝫ ad
nonam. Qua veniéte dicebat ora
tiones s̄m regulam: ⁊ tunc pone-
bat panes vt comederet: ⁊ sic plu-
ribus diebus fecit. Quodam au-
tem die egressus est fumus ma-
gnus ex sportella: ⁊ ex cella per fe
nestram exiuit. Et ex tunc tem-
ptatio demonis cessauit: qui vi-
ctus per abstinentiam fuit: hec
ille. ¶ Octauus fructus ieiunij
est diuine ire placatio. Ira enim
domini ⁊ furor quo turbatur con
tra peccatores vel contra ciuita-
tes: placatur maxime per ieiuniū.
Exemplum habetur de homicida
Achab. iij. Roma. xxi. Qui sac-
co ⁊ ieiunio iram dei ⁊ vltionem
placauit. Patet idem etiam in ni-
niuitis: quibus Jonas dixit: vt ha
betur capitulo. iij. Jone. Adhuc
q̄dragesima dies ⁊ Niniue sub-
uertetur: sed stricto ieiunio deum
placauerunt. vnde ibi dicitur. Et
misertus est deus super maliciam
quam locutus est: vt faceret eis ⁊
non fecit. Hinc Ambrosius con-
cludens. hoc dicit. Nullum est taꝫ
graue delictum quod per absti-
nentiam non purgetur: hec ille.
Si igitur vis euitare sententiam
dei. Jeiuna. Si vis placare furo-
rem dei. Jeiuna. Jeiunium enim
est optimuꝫ remediuꝫ. ¶ Nonus
ieiunij fructus est donorum cele-
stium ipetratio. Que eniꝫ est tam
magna virtus: tam magna gratia:
tam magna perfectio: q̄ tá excel

lens donū in spūalibus ꝛ corporalibus: qd̄ p ieiunū nō ipetretur. Audi Ambrosiū in libro de ieiunio. Magna ē virtus ieiunij. tam enim speciosa militia est: vt ieiunare delectaret ꝛ xp̄m. Tā valida vt ad celum hoīes eleuaret: ꝛ vt humanis magisq̄ȝ diuinis vtar exēplis. Helias ieiunus ore clausit celum. Jeiunus: filiū vidue suscitauit. Jeiunus pluuias ore deposuit Jeiunus ignē eduxit de celo. Jeiunus raptus ē ad celū. ꝛ quadraginta dierū ieiunio diuinam acquisiuit penitētiā. Deniq̄ȝ plus meruit q̄n amplius ieiunauit. Quis eni hūana virtute igneos equos ꝛ currus potuisset ascendere: nisi qui naturam corpis corruptibilis humani ieiunij virtute mutasset: hille. Sic scūs Dominic⁹ ꝛ Uincenti⁹ ꝛ sancti multi vt gratias impetrarēt ieiunauerūt. Similitudo eni daṫ in naturalibus. Si vas impleri debet aqua: oportet ipsuȝ eē vacuū. ℂ Decimus fruct⁹ ieiunij est angeloꝝ visitatio. Patet p exēplū de Cornelio ieiunante cui apparuit āgelus. Act. x. ꝛ Mat. iiij. Post ieiuniū xp̄o apparuerūt angeli eiq̄ȝ ministrauerūt. ℂ Undecim⁹ ieiunij fruct⁹ ē toti⁹ hoīs sacrificatio. ſm eni. s. Tho. xxiiij. q. lxxxv. ar. ij. ē duplex sacrificiuȝ s. iteri⁹ ꝛ exteri⁹. Et hoc duplex sacrificiū in ieiunio inueniṫ. Qui. n. ieiunat offert deo corpus exteri⁹ ꝛ spūȝ hūilē iteri⁹. Et sunt duo sacrificia. s. vespertinū quo ad ipsuȝ corpus: ꝛ matutinū quo ad ipsum spūȝ. De quib⁹ dr̄ in p̄s. Sacrificiū deo spūs cōtribulat⁹: cor cōtritū ꝛ humiliatū: quo ad sacrificiuȝ spūs ꝛ quo ad sacrificiū corporis dei. tūc acceptabis sacrificiū iustitie: oblationes ꝛ holocausta. Naȝ in hoc sacrificio mactam⁹ ꝛ affligim⁹ mēbra nr̄a: ꝛ q̄si in holocaustū carnē ipsam offerim⁹ īcendio famis ꝛ inedie. Qd̄ quidē gratissimū ē deo. ℂ Duodecim⁹ ieiunij fruct⁹ ē eternoꝝ p̄miatio. premiabiṫ ieiuniū nr̄m a p̄re eterno dicēte xp̄o. Mat. vi. Et p̄r tuus qui videt in abscondito. s. te ieiunātē reddet tibi: vȝ eternā mercedē ꝛ celeste p̄miū. Jbi. n. qui esurierunt ꝛ sitierūt pp xp̄m sup illa delicatissima mēsa comedētes in aula celoꝝ saturabunṫ. p̄s. xxxv. Jnebriabunṫ ab vbertate dom⁹ tue: ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos. Et sic patēt duodecim vberes ꝛ suauissimi fruct⁹. Possem⁹ plixiori sermone illos fructus enumerare: sed ne tedio vos afficiam illos ad p̄ns omittemus. Audiant tādem Augustinum in quodā sermone de oratione ꝛ ieiunio quē ītroducit. s. Doc. i. xxij.

q.cxlvij.ar.i.Ait.n.Jeiuniū mēte purgat: sensum subleuat: carnem spūi subijcit.cor ꝯtritū & humilia tum facit qd de⁹ nō spernit: cócupiscétie nebulas dispergit: libidis ardoré extinguit: castitati lumé ac cendit. Jeiuniū verbositatem non amat: diuitias superfluitatem reputat: superbiam spernit: humilita tem cómendat: prestat homini se ipsum intelligere esse infirmuz & fragilem. h ille. Quis igiť non ab stinebit & ieiunabit: vt tot & tantos fruct⁹ cósequaŕ. Animare debet omnes tanta vtilitas: tanta dulcedo: tantus fructus: & hic & in futu ro colligemus.



Ertio principaliter ꝯsiderare debem⁹ ieiunij preparatio né. Est enim vt ait Ari.ix.ethycoꝝ ne cessaria pparatio & dispositio ad hoc: vt doctrina descendat & efficatiam héat in aīa auditoris. sicut terrā oꝫ eé pparatā anteq̄ꝫ semen mittatur in eā. Plato ét in Thimeo dicit. Forme danť simplr ƀm mercedé & dispositioné ipsi⁹ mate rie. Idé Ari.in.ij.de aīa diċ. Uis igiť leui labore: imo cū dulcedie ieiunaŕ. Uis acqrere tot pciosos ieiunij fruct⁹: & nō hére horroré: ň difficultaté: nō timoreꝫ. Or togli q̄sta pparatoria e dispositiua regu la. Sex sunt dies ī ebdomada qui bus ieiunam⁹. Prim⁹ dies voca tur dies lune: qui dies deputatur mortuis. vñ dies lune q̄si vniuer saliter fit ab eccl'ia dei: memoria pro mortuis existentib⁹ in purgatorio: & cóiter cátaŕ missa. Requi em eterná. cópatiédo penis & calamitatibus eoꝝ. Et tu hac die of fer sacrificiū acceptabile sacri ie iunij pro aīab⁹ caroꝝ tuoꝝ. Eris ne tá crudelis vt nó molescas & in clineris semel hac quadragesima in septimana ieiunare pro eis: tum mōtuoꝝ tuoꝝ pietate: tū pncipalr pcepto eccl'ie mot⁹. ¶ Dies mar tis est dies deputatus ad laudem angeloꝝ: ex quibus vn⁹ datus est tibi ad custodiam: qui custodit te in oībus vijs tuis sicut fidelis so cius: a quo tandé speras in patriā deportari. Jeiuna. ergo die martij ob reuerétiá tui táti custodis atqꝫ socij. ¶ Dies mercurij deputaŕ in memoriam venditionis christi iesu saluatoris & sponsi tui. Nam ipsa die. s. quarta feria ante domi nicá de ramis: pnceps sacerdotū cū seniorib⁹ populi ꝯgregati sunt ī atriū cayphe pncipis sacerdotū ad quos proditor Judas accedés xp̄ꝫ védidit: vt patet Mat.xxvi. Mar.xiiij. Luc.xxij. Et in decre tis.i.q.i.c.placuit. Uñ in die mer curij deuoti passionis christi non

comedunt carnes: q̄ caro christi vendita fuit: qui est agnus innocē tissimus. In memoriam igitur vē ditionis dn̄i ieiuna tali die in oī tpe si placet: vel saltē in hac q̄dra gesima. vn̄ .s. Apolonius. de ↄse. d. iij. sic dicit. Jeiunia sane legitia i. iiij. ⁊. vi. feria non sunt soluenda nisi grandis aliqua necessitas fue rit: quia quarta feria Judas tradi tionem domini cogitauit. ⁊ sexta feria crucifixus est saluator. Uide bitur ergo qui in his diebus sine necessitate soluerit statuta ieiunia vel cum tradente tradere saluato rem: vel cum crucifigentibus cru cifigere. ¶ Dies iouis est depu tatus in deuotionem. s. s. ⁊ tu tali die ieiuna: vt ab eo possis illumi nari ⁊ in diuinum amorem infla mari. ¶ Dies veneris passus est saluator mundi in cruce crudelissi mam mortē: fame ⁊ siti consum ptus: felle ⁊ aceto potatus: in tan ta amaritudine ⁊ necessitate. Et tu miser non ieiunabis comedens se mel in die: Heu maxima verecū dia ⁊ miseria. ¶ Dies sabbati de putaꝛ in laudem ⁊ cultum virgis glorios. Marie. Quis tam gulo sus: tam auidus vt nō ieiunet hac die que deputaꝛ regine celi: ⁊ ma tri misericordie ac fonti pietatis: Milites ⁊ stipendiarij ieiunant: multi lenones ⁊ multe meretrices ieiunant: ⁊ tu eris peior atq̄ mise rior: Jeiuna ergo istis diebus o gulose: o sensualis: o insatiabilis. Alias amittis tot bona ⁊ p̄dis tot suaues fruct⁹: ⁊ q̄d peius est fran gis omnes leges ⁊ eas peruertis. ¶ Primo puertis ordinē legis naturalꝭ: q̄ naturaliter: vt. s. Doc. scd̄a secunde. q. clvij. ar. iij. dicit Unusquisq̄ ex naturali rōne tene tur tantū ieiunijs vti quātū sibi ne cesse ē ad deletionē ⁊ cohibitio nem culpe: ⁊ ad eleuationē mētis in spiritualia. ¶ Secūdo peruer tis ordinem legis diuinalis ſm il lud. Joelꝭ. ij. Conuertimini ad me in ieiunio ⁊ fletu. Et infra. Canite tuba: sanctificate ieiunium: vocate cetū. ¶ Tertio peruertis ordinē legis euāgelicalis vt patet Mat. vi. ⁊ in euangelio prime diei qua dragesime: in qua ordinaꝛ ieiuniū. ¶ Quarto peruertis ordinem le gis apostolicalis. Nā apostoli ad ieiunandum ⁊ abstinendum hor tātur: vt patet. ij. cor. vi. ¶ Quin to peruertis ordinē legis ecclesia sticalis: ad quod īducit sancta ma ter ecclesia tot canonibus vt supe rius multipliciter patet ¶ Sexto puertis ordinē legis mosaicalis. Jeiunauit. n. moyses quadragin ta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹ Exo. xxiiij. ⁊ populū israꝭ abstine re docuit. ¶ Septio puertis ordi

né legis pphałis:de quo dauid ps.
ait.Humiliabá in ieiunio aiaȝ me
am.⁊ Thob.xij.Bona é orõ cũ
ieiunio. Et Judith.iiij. Humilia-
uerunt aĩas suas in ieiunijs ipi ⁊
mulieres eorum:⁊ loqtur de filijs
israel qñ timebát ipetũ Holofer-
nis sicut ⁊ ceteri pphe.¶ Octa
uo puerti ordiné legis paganalis.
Nõ ne mauri:vt itellexi a fide di
gnis mésez augusti i tot calorıbꝰ ie
iunát:cũ táto rigore ⁊ austeritate:
vt nullus vná guttá aq ante prádi
um sumeret.Lege libꝝ de vita ⁊
moribꝰ phoꝝ.vbi miráda vide-
bis de ieiunijs ⁊ abstinétijs ⁊ ma
ceratiõe carnis ⁊ subiugatiõe sen-
sualitatis ipsoꝝ phoꝝ:qui de nihi
lo qđ delectabile eét curabant:vt
ait Lactátius.i.de istitu.⁊ Hiero.
cótra Jouinianũ.Quid de brag-
manoꝝ ieiunijs ⁊ abstinétia refe-
rat Didmꝰ Alexádro p te in epl'a
vide. Taceo de abstinétia cibi ⁊
potꝰ femiaꝝ romanaꝝ:vt refert
Valeriꝰ li.ij.¶ Nono puerti or-
dinẽ legis doctoral'. Ná Grego.
Ambro.Augu.Tho.de aqno do
ctor scũs:⁊ ceteri doctores idé fe-
cerũt:⁊ oés hortant ad ieiunium:
tot auctoritatibꝰ:tot sentétijs:tot li
bris ⁊ exéplis:q lõgũ eét enarra
re.¶ Decimo puerti ordiné legis
angelical':q: ipsi nunq̃ȝ comedũt
⁊ sup ieiunátes delectant:q: ieiu-
nátes efficiunt eis siles.Ná oẽ si
mile delectat suo silı:vt dic. Ari.
x.ethi.¶ Undecimo puerti ordi-
né legis regl'aris Uniuersal'r .n.
ois regl'a:ois religio:ois cógre-
gatio:siue heremitica:siue cenobi
tica ⁊ monastica:vt Basilij:Bñ-
dicti:Augustini:Hieronymi:Do
minici:Francisci:inducit ad ieiu-
nia ⁊ mádat abstinétias fieri.Uñ
⁊ ordo noster ieiunat a festo san-
cte crucis de mése septébris vsqȝ
ad sanctissimum pasca resurrectio
nis ⁊ vltra hoc singulis sex ferijs
cũ ceteris ieiunijs eccl'ie:⁊ tribus
diebꝰ rogationũ ante dñi ascensio
né:carnibꝰ nll'o tpe vtés.¶ Duo
decimo puerti ordiné legis bestia
lis.Ná bestie ad iperium regis ⁊
ex pdicatiõe Jone ieiunauerũt ni
hil gustátes neqȝ bibétes.vt patet
Jone.iij.Nõne ⁊ aialia abstinét
⁊ ieiunát vt consequátur sanitatez
corpalé.vt patet in catta ⁊ cane ⁊
ceteris.Quátũ vero sit laudabile
ieiunium:q̃ȝ suaue:q̃ȝ fructuosuȝ.
Audi petrum rauennatem in ser
mone de quadragesima sic loquẽ
té.Jeiunium est vitioꝝ mors:vi-
ta virtutum:pax corpis:mébroꝝ
decꝰ:ornamentũ vite:robur men
tiũ:vigor animarum.Jeiunium é
castitatis murus:pudicitie pro-
pugnaculum:ciuitas sanctitatis:
scola meritorum:magisterij magi

ſteriū diſciplinaꝝ diſciplina:h ille.
Quis igiť ad ieiuniū non anima-
biť:qs illud inuiolabiliter non am-
plectetur ex quo tot bona:tot glo-
rioſa ⁊ diuina ieiunāti prouenīūt.
Incipite igiť hodie que eſt prima
dies q̄dragesime:⁊ viriliter agen-
tes totam vſq₃ ad finē in abſtinē-
tia producite. ¶ S₃ dices:ſcire cu-
pimus qui ſint illi q̄ ad hoc non te-
nenť ieiuniū: vt conſequenter qui
ad illud reſtent obligati intelligere
valeamus. Rn̄deo ſm .ſ. Doc. ⁊
Petrū de Palude. Et .d. Anto-
ninū ⁊ alios doctores:ꝙ duodeci₃
ſunt genera pſonaꝝ que excuſanť
a ieiunio. ¶ Primi ſūt pueri:quā
diu enim ſunt in ſtatu augmenti:ꝙ
eſt vſq₃ ad finem tertij ſeptēnij:
ſm Ariſtotelem .ſ. vigeſimi primi
anni non tenenť. Conueniens tn̄
eſt vt infra hoc tempus ad ieiunia
exerceanť plus vel minus ſm mo-
dū ſue etatis. ¶ Secūdi ſunt itine-
rantes quoꝝ iter ⁊ peregrinatio ſi
cōmode differri pōt aut diminui
abſq₃ detrimento non debent ie-
iunia eccleſie pretermittere: ſecus
ſi imineat neceſſitas ſtatim itinerā-
di ⁊ magnas dietas faciendi.
¶ Tertij ſunt laboratores quibus
ſi imineat neceſſitas multum ope-
randi ⁊ cum hoc non poſſunt ieiu-
nare:non obligantur ad ieiunia.
Recurrant tamen ad ſuperioris
diſpenſationem ſan. Tho. vbi .ſ.
¶ Quarti ſunt curſores q̄ꝝ vſus
eſt dn̄is vel ciuitatibus neceſſarius
qui ſi nō poſſunt ſimul currere ⁊
ieiunare excuſantur. ſecus qn̄ mo-
rantur ⁊ paꝝ vadunt ſm Guliel.
glo. Raymondi. ¶ Quinti ſunt
infirmi ⁊ debiles qui ob infirmi-
tatem ⁊ debilitatē ieiunare nō poſ-
ſunt. ſed pro quanta debilitate ex-
cuſantur:arbitrio boni viri ſtādu₃
eſt .ſ. ſuperioris:put dicit .ſ. Tho.
vel medici etiam ꝯſulentis come-
ſtionem carniū. ſi rōnabiliter ꝯſu-
lat. ſinaūt peccat medicus. xxiij. q.
i. Quid culpatur. Contra illos q
ſe ex debilitate ⁊ mala ꝯſuetudine
excuſant. Pete ſi daretur eis vn⁹
ducatus vel duo an ieiunarēt. Nō
ne mercatores ieiunant ⁊ crucian-
tur fame ppter lucrū ⁊c. ¶ Sex-
ti ſunt pauperes ⁊ mendicantes q
nō poſſunt habere tantū ſimul qḋ
ſufficiat eis ad vnam cōmeſtionē:
aut propter inediā precedentē ieiu-
nare non poſſunt excuſantur. hec
ſ. Tho. ¶ Septimi ſunt pregnan-
tes ſi neceſſitas debilitatꝭ corporalis
impedit eas nō tenenť ad ieiuniu₃
imo ſi timeatur probabiliter d̄ pe-
riculo earum vel aborſu:nō ſolum
poſſunt ſ₃ tenenť ſoluere ieiuniu₃.
¶ Octaui ſunt lactātes ſi defect⁹
lactis conuenientis ad nutritione₃
pueri timetur ex ieiunio:vel peri-

culum earum excusant. imo tené
tur soluere ieiuniũ. ¶ Noni sunt
qui eo modo excusant sicut dicũ
é de infirmis: tñ si possunt tenent
nec determinat etas in qua ces-
sent a ieiunijs. ¶ Decimi sunt
vxores que ſm Innocétium non
tenent ad ieiunia votiua prohibé
tibus viris. xxxiij. q. v. Manife
stú. Nó tñ debent ieiunia ecclesie
frangere ex prohibitióe viri: si ali
ter possunt: nec etiá ppter scanda
lũ euitandũ: vt dicit Petrus de
palude: q2 illud scandalú viri eét
scandalum phariseorum. ¶ Un
decimi sunt seruitores nobilium q
ſm Uul. Si ex causa horá come
dédi anticipent nec credũt ꝙ pec
cant. similiter si prelibant modicũ
prope horam: vt q̃si propter con
tinuationé tpis totũ possit postea
reputari in vna mensa. Sicut etiá
non peccant qui libant cibos do
minoꝝ ob venenũ: imo in hoc ca
su l3 etiá pregustare carnes dñoꝝ.
Nec iterú peccant surgentes de
mensa et euntes pro vino: pro exe
nio et huiusmodi. Cócor. Innocé.
Idé de seruitoribus et lectoribus
mense inter religiosos. ¶ Duo
decimi excusant predicatores: le
ctores: et cantores prout diffuse. s.
Tho. declarat in quolibet. v. vbi
facit spálé articulú super hoc pro
bans róne et auctoritate: ꝙ si non
possunt ieiunando exercere offi
cia sua debent ipsum ieiunium di
mittere: aliter peccant: Uide arti
culũ illum vbi clarissime loquit.
Idé in. iiij. señ. d. xv. Idez in. xxij.
q. cxlvij. cũ per tale ieiuniũ ab vti
lioribus operibus impediretur:
et bonũ cõe postponeret bono pti
culari. Uidimus igit dilectissimi
ieiunij diffinitioné: eiusq3 salutife
ram fructificationem: cũ digna et
conuenienti preparatione: ac etia3
non valentium ieiunare excusatio
né. Iá ergo gratia dei illud leti as
sumamus: qđ itelligere: querere et
optime consequi nobis concedat
sacri ieiunij istitutor: adiutor et pre
miator. d. n. iesus xp̄s. qui cu3 pr̄e
et. s. s. viuit et regnat per secula sem
per. Amen.

¶ Feria quinta quadragesime: de conuersione.



Anat⁹ é puer in il
la hora. Math.
viij. Talis ac táta
é diuina pietas er
ga gen⁹ hũanũ: ꝙ
l3 hó varia et inumera pctá cómi
serit: si tñ abiecto vetustatis erro
re: ide toto corde ad ṽitatis viam
reuerti velit: húc ip̄e clemétissim⁹
pr̄ suscipit et áplectit: et mediáte di
uersa ꝯuersióe a quocũq3 spũali
lágore quo tenebat opp̄ssus beni
gne curat et sanat. Et hoc é qđ in-

quit thema preassumptũ ⁊ in hodierno euãgelio recitatuȝ. In quo tria singularia documenta habemus. ¶ Primũ datur oibus dominis ⁊ patribus familias vt sint vigilantes atqȝ soliciti ad procurãdam salutẽ spũalem filijs ⁊ seruis suis: vti fecit fidelissimus cẽturio. Hoc tangit in prima par. euangelij: vbi dr. Accessit ad eum centurio ⁊c. ¶ Scdm documẽtum est profunde humilitatis ad quã nos dominus suo admonet exẽplo: descendere volens ad centuriõis seruum infirmũ ⁊ abiectum. Hoc tãgitur in scda par. euãgelij: vbi dr. Ego veniam ⁊c. ¶ Tertiũ documentum est ꝙ ille qui vult ab oi infirmitate ⁊ langore curari: debet esse in vera fide fundatus. Hoc tãgitur vltima par. euãgelij: vbi dr. vade sicut credidisti ⁊c. Et subiungit. Sanatus est puer. i. peccator i illa hora qua ad deuȝ ꝯuertit. De qua conuersione hoc mane tria cõtemplamimur.

¶ Primo. Diffinitionem.

¶ Secũdo. Certificationem.

¶ Tertio. Fructificationeȝ.

¶ Primo ꝯuersionis contẽplari debemus diffinitionem. Ex dictis nãqȝ. s. Tho. pma scde. q. cxiij. Et in. iiij. di. xvij. ⁊ Alberti magni in sua postilla super Lucã. Cõuersio sic diffinit. Conuersio est ordinata dispositio aie ⁊ corporis in vitam eternaȝ deo mouente. In hac diffinitione sunt quattuor genera cauſaꝝ. Ordinata eniȝ dispositio dicit cãm formalẽ. Pro quo notãduȝ ẽ dictũ Salomonis Eccle. vij. c. Solũmodo hoc inueni ꝙ fecerit deꝰ hoiem rectum: ⁊ ipse se infinitis miscuit questõibus. Rectus qppe factus est hõ corpali figura: rectus quoqȝ mirabili ordine potẽtiaruȝ. inquantũ. s. pars rõnalis: naturalr debet esse ꝑncipi deo subiecta: ⁊ pars inferior siue sensitiua ipsi superiori ⁊ intelligẽtie parti. Et h est ordo minoris mundi. s. hois qui ab Aristotele ⁊ Aueroy. viij. Phy. minor mundus appellat. Sicut. n. minor mundus in suo naturali ordine pulchre ⁊ optime dispositus est: vt ait Ari. xij. Metha. Et. ij. de celo: sic ⁊ minor mundus naturalr est ꝯuenientissime in suo ordine ⁊ operatiõe dispositus. Sed subiungit Salomon ipse aũt infinitis se miscuit qõnibus. Nam dũ homo mortaliter peccat. hunc optimũ ordinem peruertit. Nõ eniȝ refugit deum: sequens sensualẽ parteȝ: ita vt ipsa pars inferior reuerso ordine disponitur ad partẽ superiorẽ. Hanc indispositõeȝ. beatus Bernardus abusionẽ appellat dicens. Dñam ancillari ⁊ ancillã dñari: magna abusio est. Quid igitur est

conuerſio? Nihil aliud certe q̄ꝫ
qđ erat indiſpoſitū ꝑꝑ peccatū diſ
ponere: ⁊ qđ erat inordinatū ordi
nari. Bñ ergo dr̄ ſm cām forma
lē qđ ē ordīata diſpoſitio aīe ⁊ cor
poris dicit cāꝫ mālē: q2 oē recipiēs
vt dicit Ari.ij.de aia: ſe hēt ꝑ mo
dū patiētis: ſe hēt ꝑ modū mate-
rie: q2 materia ē capacitas ⁊ rece
ptio oīuꝫ formaꝝ vt dicit Ari.i.
phy. Et lꝫ aīa ſit act⁹ ⁊ forma cor
poris.ē tñ mā ⁊ ſubiectum grē ⁊
virtutis ⁊ ꝯuerſiōis. In vitā eter
nam dicit cāꝫ finalē. Ad hūc enim
finē ꝯuertit peccator: ꝓpter hoc
relinquit peccatum: vt finem vl-
timum ⁊ paradiſum conſequatur.
Ideo Iſa.xlv Conuertimini ad
me ⁊ ſalui eritis: omnes fines ter
re. Et Tobi.xiij. Conuertimini
itaqꝫ peccatores ⁊ facite iuſtitiā co
rā deo credētes ꝙ faciat vobiſcū
miſcordiā ſuā. A deo mouēte di
cit cāꝫ efficietē. De⁹ glioſus mo-
uet pctōrē vt ꝯuertat ⁊ pctūm re
linquat. Eſt.n.deus cā cuiuſlibet
mot⁹ vt patet ꝑ phm.vij. ⁊. viij.
phy. vñ ⁊ Dauid ps.lxxxiiij. i ꝑ-
ſona pctōris ait. De⁹ tu ꝯuerſus
viuificabis nos: ⁊ plebs tua leta-
bitur in te. De⁹ eni ille motor be
negniſſimus ē: de quo Ioel.ij.c.
Cōuertimini ad me in toto corde
vr̄o: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu: ⁊
ſcindite corda veſtra ⁊ nō veſtimē

ta veſtra. Et Iere.iij. Tu autem
fornicata es cum amatoribus mľ
tis: tamen reuertere ad me ⁊ ego
ſuſcipiam te. Et Oſee vltimo. Cō
uertere iſrľ ad dominū deum tuū
q2 corruiſti i iniqtate tua. Aug⁹ in
quit libro de eccle.dog. Mouet
ad q̇rendā ſalutē libertas arbitrij
ſꝫ mouente pri⁹ deo vel īuitāte ad
ſalutē. h ille. Nā tā alta tāqꝫ mira
ē ꝯuerſio pctōris: vt ſol⁹ de⁹ oīpo
tēs ſit ei⁹ efficiēs cā: ꝑꝑ qđ tria mi
rāda dubia đclarāda ꝓponūt. Et
ꝑmū. Quid ſit mai⁹ op⁹ aut creaꝛ
celū ⁊ terraꝫ: an ꝯuertere pctōrē?
Ad h̄ rñdet Au.ſup.Io.xiiij.c.di
cēs.mai⁹ op⁹ ē: vt ex īpio qs iuſt⁹
fiat q̄ꝫ creare celū ⁊ terrā. Celum
eni ⁊ terra trāſibit: ꝑdeſtinatoꝝ āt
ſalus ⁊ iuſtificatio ꝑmanebit. hec
ille. Et h̄ rōne nobiliſſimi terreni
q eſt grā: vt h̄ tangit Aug. ⁊ rōne
repugnantie: q2 in creatione nulla
fuit nec potuit eſſe repugnantia: ſꝫ
in ꝯuerſione: pōt pctōr ſuo libero
arbi. repugnare. ¶ Scđm miran
dū dubiū. Querunt ſacri Theo.
Qđ eſt maius opus: an conuerte
re peccatorem: an mortuū ſuſcita-
re? Ad hoc rñdet Grego.iij.libro
dyalogoꝝ. ad petrum diaconū ſic
d. Maius eſt miraculū ꝑdicatio-
nis verbo atqꝫ orationis ſolatio:
peccatores ꝯuertere: q̄ꝫ carne mor
tuū ſuſcitare. In iſto ⁊ enim reſu-

scitatur caro iterum moritura.in illo vero aia in eternu victura.hec ille.
¶ Tertiu mirandu dubiu. Quærunt ipsi sacri theologi. Quod e maius opus:glorificare:vel beatificare iustu:an peccatore puertere:vel iustificare. Ad hec rndet.s. Tho. pma.scde.q.cxiij.ar.ix.dices. Donum gratie iustificantis impiu:est maius.s.bm qtitatem pportionis et no bm quatitate absoluta qz donu glorie beatificatis iustu:qr plus excedit donu gratie dignitate ipij qui erat dignus pena:qz donu glorie dignitate iusti:qui ex hoc ipso qp est iustificatus est dignus gloria. Et sic patet pars prima et principalis diffinitio et mirabilitas couersionis est ostensa. Nunc ad scdam partem accedamus.



Secundo principaliter ptéplari debemus puersiois certificatioe. Quam primuz.n. peccator avertit se a peccato et puertitur ad deu:certissimus esse debet qp de9 ipsum acceptat et illi indulgentiam exhibet. Qua certificatoem triplici rone demonstramus.
¶ Prima ro. dicit preparatio.
¶ Scda ro.dicit ptrariatio.
¶ Tertia ro.dicit assimilatio.
¶ Prima ro.ad pbanda certitudinem puersiois dicit preparatio. Pro cuius declaratione nota fundamentu Phi in primo.et scdo. septimo.et octavo. Metha. Et.ij. de aia.vbi dicit. Actus activorum sunt in patiete bn disposito. i.forma no introducitur nisi in materia determinata:dispositam:et preparata:videm9 enim qn aliqua materia est preparata et disposita vltima dispositione ad formam:ipsa forma introducit:vt patet quado cera est bene disposita et prepata si ponatur sigillu. Et sic ligna cu sut bene preparata et disposita per calorez de necessitate sequitur forma ignis. Aia vero qzdiu est in peccato mortali est indisposita ad receptoez forme.s. gratie:qua fit remissio peccatorum:sed si recipere vult oportet ipsam preparari et disponi per couersionem. Et tunc deus benedictus in mente introducet forma sue sanctissime gre:peccata dimittens ipsi aie. Si enim deus corpori organizato et disposito in ventre materno infundit forma et aiam ronalem:qr subiectu illud et corpus organizatu est dispositum: qzto magis dicit.s. Doc.i.iiij.sen. di.xvij. Deus infundet sua gratia in aia tam nobili.cu fuerit p puersione preparata. Ide.s. Doc.dist. xv. Dicit diuina bonitatem decet: vbicunqz dispositoem seu pparationem inuenit. ibi perfectionem

adiiciat. Et hāc perfectōem siue infusionem supposita debita ṗparatione. dicit. s. Doc. vt supra in. iiij. esse necessariā: ex pte dei necessitate suppositionis. Nā ordine sue ꝑuidētie supposuit: vt oī materie vltima dispositione prepate: adiiciat forma. Ecce igit facilitas ꝛ certitudo tue ꝯuersiōis o peccator. Prepara igit te iuxta dictū. Amos. iiij. Prepara te in occursum dei tui israel. Et ecclesiastici. ij. Fili accedēs ad seruitutē dei sta in timore ꝛ prepara aīam tuā. Et primi Ro. vij. Prepate corda vestra dñō. Et sic patet prima certitudo. ¶ Secūda ratio ad ꝓbandā certitudinē ꝯuersionis dicit ꝯtrariatio. Et ꝑ fundamēto assumo dictum Phi. v. Metha. In post predicamentis. Et de sen. ꝛ sen. vbi dic. Qui recedit ab vno oppositoꝝ accedit ad alterū. verbi gratia. Tu nūc te sepas ab igne qui est calidus ꝛ vadis ad aerem qui est frigidus: est necesse vt frigiditatē recipias: ꝛ ecōtrario q̄ꝫto magis appropinquas igni: tāto magis sentis effectum ignis. Mō ad ꝓpositum. Peccatum mortale est totaliter oppositum deo. Peccator igitur ꝯgelatus gelu ꝛ frigore peccati mortal. si recedat ab eo ꝛ vadat ad ignem diuini amoris per ꝯuersionē: recipiet gratiā ꝛ remissionē peccatoꝝ. Sic etiā accendet ꝛ liquefiet isto calore ꝛ igne diuino: vt gutte lachrimarum ab eo abūdanter fluāt. Et sicut ad presentiā ignis glaties resoluit: sic pctōr cōuersus ad deuꝫ subito obtinebit donum gratuituꝫ ꝛ remissionē culpaꝝ. vnde dr̄. Jaco. i. Cōuertimini ad me ꝛ ego ꝯuertar ad vos. Et Jac. iiij. Appropinquate deo ꝛ appropinquabit vobis. ¶ Tertia rō ad ꝓbandā certitudinē ꝯuersiōis dr̄ assimilatio. Dicit. n. eccle. xiij. Oē aīal diligit sil'e sibi. Et Phs viij. ethi. Siltudo ē cā vniōis. Et v. metha. Et in lib. ṗdicamentoꝝ. Predicamēto q̄litatꝫ dicit. vnū in q̄litate facit sil'e. Exēpli grā. Magnes trahit ferꝝ similitudie in q̄ꝫtū imprimit ferro quādā formaꝫ ꝑ quā assimulat ei: vt dic Phs. Et illō qō nutrit trahit ad se alimētuꝫ qn̄ est ei assimilatū: vt pꝫ. ij. de aīa. Modo ad ꝓpositū nr̄m: dū peccator icipit hr̄e detestatiōeꝫ pctōꝝ suoꝝ: ꝛ ꝯuerti ad deū icipit assimilari ipsi deo. Et quāto seruēti⁹ cōuertit: tāto magis similat deo. vn̄ Phs. x. ethi. Hō sapiēs ē deo simillimus. Et Apuleus de deo socratis. Nihil generosi⁹ ꝛ similius deo q̄ꝫ vir ṗfecte bonus: qui ī tm̄ hoīes ceteros antecellit quantū a diis an̄cellit. Dimitte ergo pctm̄ ꝛ ꝯuertere ad deū: q: idubitāter similis ei efficieris. Ecce igit tribus

rónibus naturalibus patet:q̄ relinquens peccatū ⁊ ꝯuertés se ad deum certissimus est:q̄ de⁹ illuz subito ⁊ statim acceptabit:⁊ remittens peccatum:gratiá infundet.ergo ꝯuertere. Sed ⁊ auctores audiamus hoc idé ꝯfirmantes.Scribit in decre. de pe.di.i.parapho. Facilius.Inquacunq̄ hora peccator ꝯuersus fuerit ⁊ ingemuerit: vita viuet ⁊ non morietur. Et infra. Conuertimini ad me in toto corde vestro:⁊ ego ꝯuertar ad vos.cóuersio autez dicit quasi cordis vndiq̄ versio.Si auté cor nostrū vndiq̄ a malo ad deuz ꝯuertit mox sue ꝯuersionis fructum meret:vt deus ab ira ad misericordiá ꝯuersus:peccati prestet indulgentiá:cui primo.preparabat vindictá.h̄ ille. Et Hiero.lxxxiiij.di.c. Dyaconi sunt. Moderatio.n.dei ac pietas: solum nostrū redituz querit:ac nos cupit longa sua bonitate saluari. Si non ꝯuertimur:si duri colli sumus:si in peccatis vsq̄ ad mortez perduramus.assidue peccantium nō miseretur deus.h̄ ille. Accipe exemplū de latrone.de quo nusq̄ legitur aliud boni fecisse.sed i cruce suspensus solum dixit. Memento mei dn̄e dum veneris in regnū tuum.Huic statim xp̄s benignissimus dixit.Amen dico tibi:q̄ hodie mecū eris i paradiso:vt patet Luc.xxiij. Et.xxvi.q.vi.c.Si presbiter. Et.c.Agnouimus.vbi Julius papa sic dic̄. Latro vni⁹ momenti pn̄ia.meruit esse in padiso i hora vltime ꝯuersiōis.hec ille.



Ertio principaliter ꝯtéplari debemus cóuersiōis fructificatóem. Fructuosa est vtiq̄ conuersio pecatoris.Nam ex ea. ¶ Duodecim fructus emanant. ¶ Primo recuperat deuz. Quelibet anima rónalis est templū ⁊ habitatio totius trinitatis.Hoc affirmat apostolus prime cor.iij.Nescitis q̄ téplum dei estis:⁊ spiritus sanct⁹ habitat in vobis. Et sicut in trinitate sunt tres persone:pater.f.⁊ fili⁹ ⁊ spi.san.ita in qualibet aīa sunt tres camere.Prima camera é memoria:⁊ in hac habitat pater. Scd̄a camera est intelligentia. Et in hac habitat filius.Tertia camera é voluntas:⁊ i hac habita.spi.san. Jo. xiiij.dicit xp̄s pro se ⁊ patre:⁊ pro spū scō. Ad eum veniemus ⁊ mā sionem apud eum faciemus. Qn̄ ergo peccator aliq̄d peccatū mortale cómittit:recedit a templo aīe: pater ⁊ filius ⁊ spūs sanctus ⁊ diabolus lucifer mámona:⁊ asmode⁹ ingredit.Cum vero homo peccatum relinquit ⁊ ad deum se cóuertit:eijcitur diabolus ⁊ recuperat

ipse deus pius ⁊ placatus: ac aie
dulcis effectus. Audi Hiero. de
pe. d. ij. c. Si enim suscipimus xp̄ʒ
in hospitio pectoris nostri: ilico
fugamus diabolum. Si peccaueri
mus ⁊ per peccati ianuam ingres
sus fuerit diabolus: protinus rece
dit xp̄s. hec ille. ¶ Scd̄o peccator
se ↄuertens letificat angelos. Naʒ
quando hō mortaliter peccat: q̄ʒ
tum in se est pturbat ⁊ affligit san
ctos angelos: qui affectant saluteʒ
nostraʒ: de qua plurimū gaudent
⁊ exultant: dū igit̄ illud gaudium
subtrahitur ab eis: dicunt̄ cōtrista
ri: vt declarat. s. Tho. sup Isa. xxx
iij. Angeli pacis amare flebunt.
Dum vero peccator se conuertit
tunc angeloꝝ exultant chori. Luc.
xv. Gaudiū est coram angelis dei
super vno peccatore pniam agen
te. ¶ Tertio peccator se ↄuertens
gratificat omnes sanctos. s. aposto
los. martyres: ↄfessores: ⁊ v̄gines
cum ceteris ciuibus supernis. De
hoc fructu ⁊ duobus superius di
ctis audi. Isa. lv. In leticia egredi
emini ⁊ in pace deducemini. mon
tes ⁊ colles cantabūt coraʒ vobis
laudem ⁊ oia ligna regionis plau
dent manu. hec ille. Nota optimā
expositionē. In leticia egrediemi.
Quanta leticia quātūqʒ gaudium
sit in anima peccatoris dum relin
quit peccatum ⁊ ↄuertit se ad deū
nullo pacto exprimi pōt. Et in pa
ce deducemini: q: p ↄuersiōeʒ a pec
cato fit pax int̄ deū ⁊ peccatorem.
Mōtes. s. pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊. s. s. qui sunt
montes altissimi ⁊ inaccessibiles.
Colles. i. scti āgeli q deo iferiores
sunt: ⁊ ei i nobilitate nature ↄiūcto
res. Cātabūt corā vobis laudē. i.
ex leticia iubilabūt in ↄuersiōe pec
catoris. Et oia ligna regionis plau
dent manu. i. alij sancti ⁊ sancte fe
stinant de peccatoris conuersione.
¶ Quarto pctō: se ↄuertens: dia
bolū ↄtristat qui eū ad peccādū in
duxit. O si videretis oculis corpo
reis dū peccator ↄuertit̄: quō dia
bolus scipm excruciat. Totus eniʒ
pturbat̄. affligitur. torquet̄. sufflat
suspirat: vlulat: ⁊ vndiqʒ ↄfundit̄.
vnde Isidorus de sūmo. bo. li. iij.
c. v. Si temptationes diaboli a no
bis expellimus: sine dubio ille ↄfu
sus abscēdit. Et in decretis. xvi. q.
ij. c. visis dicit̄. dolet diabolus satʒ
⁊ erubescit: caritatem quā in celo
nequiuit habere hoies ↄstātes ex
lutea materia i terra tenere. h ibi.
¶ Quinto peccator se ↄuertēs ē
de statu suo securus. De pe. d. vij.
c. Nemo. parapho. Qui egerit:
q: iam plus est in spū q̄ʒ in carne:
⁊ de terreno celestis est effectus.
De conse. dist. iiij. c. Non ex quo.
¶ Sexto aīa sua: deū semp respic̄
q eā creauit. postq̄ʒ ñ est p̄ssa tene

bris pctoꝝ.de pe.di.i.c.Uenit. Et de pe.d.iij.Ille rex. Et de pe.d.iiij Si ex bono. ¶ Septio é pricepe oium bonoꝝ q̄ fiūt in ecclesia dei. de pe.d.i.Agite. Et de peni.d.vi. Qui vult: vbi sic dr̄.Credēdū est enim ꝛ pietas fidei expostulat credere ꝙ oēs elemosyne ecclesie ꝛ orōiōes ꝛ opa iusticie ꝛ mi̇ſicordie succurrāt cognoscēti mortē suā ad ꝯuersionē. ¶ Octauo recupat oē bonū qd̄ amisit p peccatum.de pe.di.iiij. De pertuso. ¶ Nono sibi augmentanṫ bona tpalia ꝛ salus tpal'.xvi.q.i.Decime. ¶ Decimo vita sibi ꝓlongatur.xi.q.iij. Episcopi. ¶ Undecio q̄cq̄d acq̄rit ꝛ operaṫ est in tuto.xxiij.q.vij. Quēadmodū. ¶ Duodecio acq̄rit vitā eternā.de pe.d.vij.Baptizatus. Altius dico: nullū est opus in hoc mūdo: nullū maius est ꝛ acceptius sacrificiū deo: q̄z sit ipa cōuersio peccatoꝝ: possunt.n.multa esse bōa ꝛ sacrificia que ab hoib⁹ efferunṫ deo: tn̄ nihil deo magis é gratū: nihil sibi magis caruꝫ: nihil sic sue maiestati placet: q̄z cōuersio peccatoris. Audi Ambr.i lib. de paradiso. In cunctis sacrificijs nullum est deo gratius: q̄z ꝙ ino cens ꝯseruet inocentiā: ꝛ iniquus relinquat iniquitatem: hec ille. Et Greg.super Ezechi. Nullūꝫ oipotenti deo tale sacrificiuꝫ est: quale zelus aiaꝝ. Sed quid longius ꝓgredior? Ad ꝯfirmationem tante veritatis audi notabile exempluꝫ. Legiṫ siqnidē de beato Alberto epo: viro magne sanctitatis: ꝙ cuꝫ semel celebraret: ꝛ corpus xp̄i cōsecrasset: quadam fiducia aiatus dū ipsum corpus teneret i manibus ait. Credo dn̄e ꝙ hic es ꝛ ita firmiter teneo. Nō te leuabo: nisi mihi idicaueris: q̄d possit homo i hac vita facere: ꝙ tibi sit magis acceptū. In hostia tandē puer iesus apparens dixit. Alberte scias nihil mihi accepti⁹: q̄z vt homo viuens faciat elemosynā. Nā i vita mihi grati⁹ est si dat vnū denariū amore mei: q̄z si post mortē aureū montē largireṫ. Scōm mihi gratuꝫ est: cū peccator quātūcūqꝫ magnus ꝓpter me ꝛ mei amorē peccatū dimittit. Nihil.n. ab hoie in hac vita mihi carius aut dulcius fieri pōt. Cōuertimini igiṫ peccatores: visa ꝯuersionis certitudine: visa facilitate: visis fructibus: viso ꝙ nihil est deo carius. Conuertimini inquā. Recedite a peccatis. Relinqte vitia: dimittite scelera. Accedite ad deum: cū displicentia vestraꝝ offensionuꝫ. Conuertimini dum temp⁹ adest. Nam spirit⁹ sanctus ait Ecclesi.v. Nō tardes conuerti ad dn̄m: ꝛ ne differas de die in diem: subito enim venit ira

filius ꝛ in tempore vindicte di/sperdet te. Et ob hoc Lactantius in .vi. lib. c. xxiiij. Hortans ad conuersioné inquit. Nemo enim potest esse tam prudés: tam circũspectus: vt aliquádo nó labat. Et idcirco deus: ibecillitatem nostram sciens: pro sua pietate apperuit homini portum salutis: vt huic necessitati cui fragilitas carnis subiecta est: medicina penitétie subueniret. Ergo quicũqz aberrauerit referat pedez: seqz q̃zprimũ recipiat: ac reformet: hec ille. Amen.

¶ Feria sexta quadragesime. De peccato. Sermo .x.



Ercedem non habebitis. Verba h sacratissima origi/ginaliter scribunt. Mat. vi. recitatiue vero i euágelio hodierno. Homines i hac mortali fragiliqz vita semetipsos exerceát in operib⁹ virtutũ: humilitati vacent: deuotioni incũbant: dies ꝛ noctes in ieiunijs ꝛ sacris meditationibus expédát: si tamé aliqua peccati mortalis macula fuerint infecti: ad contéplandam celsitudiné diuine maiestatis: nequaq̃z poterunt admitti: nó ex talibus operibus aliquá mercedé apud celestem patrem consequentur. Festáte hoc saluatore nostro i verbis pro themate assumptis: ꝛ in euágelio hodierno recitatis. In quo tria documenta habemus.

¶ Primum q̄ inimicos nostros debemus affectu pariter ꝛ effectu diligere. Hoc tangitur prima pte euangelij qua dicitur. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. ¶ Scđm documentũ est: q̄ in hac sacra quadragesima qlibet elemosinis studeat operaz dare. nó ad inanem gloriá: sed vt celesti patri cóplaceat. Hoc tangit scđa parte euangelij vbi dicit. Te aũt faciéte elemosyná: nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua.

¶ Tertiũ documentũ est: q̄ orationi solicite vacare debem⁹. Hoc tangit vltima pte euágelij vbi dr̃. Cũ oraueris. Et deuote facientes ɔsciétias nostras emundare poterimus: ab omni sorde peccati mortalis. De quo tria hoc mane videbimus.

¶ Primo. Diffinitionem.
¶ Scđo. Malignationez.
¶ Tertio. Punitionem.

¶ Primo peccati mortalis considerare debemus diffinitionem. Diffinitur enim ꝑm quattuor genera causaꝝ. s. ꝑm causam efficientem: materialé: formalem: ꝛ finalé. Primo igit diffinit peccatũ ꝑm causam efficienté. s. náqz Doc. prima scđe. q. lxxi. q. vi. ar. iij. Et dñs Albertus magn⁹. ij. sen. diffinien/

tes peccatū ſm cauſam efficientē ſequunt diffinitioné datā ab Augu.in libro retractationū. Et i lib. de duabus aiabus. Et in decretis xv.q.i.parapho.Sz ꝛ hoc.ſic dicente. Peccatū eſt volūtas conſequēdi vel retinēdi qđ iuſticia vetat:hec ille. Volūtas aūt eſt animi motus ad aliqđ vel nō euitanduz vel adipiſcendū.ſm Augu.in eodē libro. Et in decretis. xv.q.prima.in principio. Voluntas igitur praua:eſt cā efficiēs peccati a deo vt ſine ipſa nullū peccatū ꝯmittat. Sicut eniz artifex eſt cā efficiens artificiati: ſic voluntas ꝛ cā efficiēs ꝛ magiſtra peccati.vñ Phs iij.ethi. Uirtus quoddā voluntariū eſt:ſilr ꝛ malicia. Et in.v.ethi. Juſtū eſt vt opus ſit voluntariuz. Et Aug.i lib.de vera religiōe.Et i lib.retracta. Et ponit a gratiano. xv.q.i.parapho. Sed ꝛ hec vſqz adeo peccatū voluntariū malū ē: vt nullomō ſit peccatū niſi ſit volūtariū. Et.xv.q.i.c. Nō eſt cuiqz ꝙ noſtram aſcribamus erūnam niſi noſtre voluntati. Nemo nr̄m tenet ad culpā niſi ꝓpria volūtate deflexerit. Nō hn̄t crimen que inferunt reluctātibus volūtaria tm̄ cōmiſſa: ſequit delictoꝝ inuidia: quā in alios deriuamus: voluntariū ſibi militē elegit chriſtus: volūtariū ſeruū ſibi diabolꝰ auctionat. Neminem iugo ſeruitutis aſcriptum poſſidet:niſi ſe ei prius peccatorum ere vendiderit:hec ille. Eodē modo nec pena eterna:que conſequitur ad peccatum meret quis condemnari:niſi propria volūtas adſit Bernardꝰ in ſmone. Tolle propriaz voluntatem ꝛ non erit infernus.xxiij.q.iiij.c. Nabuchodonoſor. Uaſis ire nunquam deus redderet interitum niſi ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. De hac voluntate peccatum efficiente vide.viij.q.i. .c.ſciendum. xv.q. vi.c.i.ij.q.i.c.il lđ.xxij.q.iiij.c. Inter cetera.xxxij. .q.v.c.Jlle.ꝛ.c. Sicut ꝛ diſti.xlv. De iudeis. vnde ſi aliquis ignorantia inuincibili aliquid de genere malorum faceret: non reputaretur ei ad peccatum:quia huiuſmodi ignorantia tollit voluntariū. ſm.ſ.Tho.pria ſcđe.q.xxvi.ar.iij. Et in decretis. xv.q.i.c. Aliquos. Et.c.ſequenti. Sicut ecōtra. Nullus poteſt mereri ſine voluntate. vnde Ariſto.iij.ethi.dicit. Nullus eſt beatus nolens. Et ſi aliquis ex mera violentia: faceret actum ꝙ eſſet mortale de ſe:tamen in faciēte ſic violentato non eſſet peccatum: quia non voluntarium. Jta etiam ſi faceret violenter actum de ſe bonuz:nō eſſet meritorius. Ecce igit ꝙ voluntas hūana eſt fons ꝛ ori-

go omnium peccatoꝛum. Ipſa eſt
cauſa efficiens ⁊ pꝛincipalis oiuꝫ
tranſgreſſionum: omnium pꝛeua-
ricationum. Ab ea pꝛocedunt pec
cata cogitationum: locutionum: ⁊
operationum: ⁊ omiſſionum: dei
pꝛeceptoꝛuꝫ ⁊ eccleſie. Hoc decla-
rat veritas infallibilis dñs. Jeſus
chꝛiſtus. Mat. xv. de coꝛde eniꝫ .i.
de voluntate exeunt cogitationes
male: homicidia: adulteria: foꝛni-
cationes: falſa teſtimonia: blaſphe
mie: hec ille. ¶ Secundo pecca-
tum diffinitur per cauſam mate-
rialem ab Auguſtino. xij. libꝛo cō-
tra fauſtum. Et habetur in. ij. ſenté.
diſti. xxxv. Peccatum eſt dictuꝫ:
vel factum: vel concupitum: con-
tra legem eternam. Iſta eſt mate-
ria de qua vt ita dicam fit pecca-
tum .i. vel in dicendo: vel in operā
do: vel in cogitando. Nam nō po
teſt cōmitti peccatum: niſi vel cum
lingua: ſicut blaſphemando deum
vel ſanctos: detrahēdo ꝓximo: ſe-
minando diſcoꝛdias: ⁊ huiuſmodi
vel opere ſicut faciendo homici-
dia: adulteria: foꝛnicationes: fene-
rando: ⁊ huiuſmodi: vel coꝛde. ſ.
cogitādo malum de deo: vel de ꝓ
ximo: ⁊ ſic de ſingulis: aut omit
tendo bonum neceſſariū. Nam ſi
cut calx: lapis: ligna: ⁊ huiuſmodi
ſunt materia palatij vel domus: ſic
dictum: vel factum: vel concupitū
tur: quõ oia laudãt deum celestia: terrestria: angeli: hoies: luminaria celi: arbores terre. Fluminia: maria: quicqd deus creauit siue i celo: siue in terra: siue i mari: laudat deum. h' ille. Ergo horrẽduz pctm̃ blasphemie: est pctm̃ maximum: rõe cause efficiẽtis. ¶ Tertio peccatum blasphemie est pctm̃ maximuz. Rõne cãe finalis dicit enim Auic. vi. vij. viij. Metha. q finis & bonum sunt idem. Et Phs. iij. Metha. Rõ boni ẽ rõ finis. Et i .ij. de aĩa finis mouet agẽs. Ex h' habet: q quilibet mouet aliquo bono obiecto ad operãduz. saltẽ bono apparẽti. Tunc sic. Pctm̃ mortale q̃zto hz mai⁹ motiuũ: tanto ẽ min⁹ vel leui⁹. Et p oppositũ. Quãto hz minus motiuuz: tanto est graui⁹ & horribili⁹. Si autem nullum motiuuz hz: tũc illud pctm̃ est grauissimuz oium pctõꝝ. Sed sic est q oẽ pctm̃: aliqđ motiuum hz: excepto horrẽdo peccato blasphemie. Qđ sic pz. Quid mouet te ad supbiaz? Rñ. Altitudo vel magnitudo alicuius boni transitorij. Quid ad auaritiam? Pecunie seu diuitie. Quid ad gullam? Crassitudo & delectatio cibi & potus. Quid ad luxuriam. Delectatio carnis. Quid ad vindictam? Honor. Quid ad accidiam. Requies corporis. Patet igitur: q quolibet peccatum aliqđ bonum motiuuz principaliter habet. Naz omnes isti principaliter intendunt bonum vt superbi honorẽ. Auari diuitias. Gulosi, Crassitudinez. Que omnia si possent sine dei iniuria vellent habere. Sed qz non possunt: vltro volunt dei offensaz ne amittant ista. In peccato autez blasphemie nulla est delectatio trahens vel mouens: nulla voluptas: non carnalitatis: non pecunie: non cibi: nõ honoris: ergo blasphemia est peccatum maximum atqz grauissimum. Tum qz principaliter intendit dei vituperiũ: tum quia nullũ habet motiuũ alicuius boni delectabil'. Propterea glo. sup illud. Ad populũ terribilem. Isa. xviij. c. sic dicit. Oẽ pctm̃ blasphemie cõpatũ. leui⁹ ẽ. Ricardus de sctõ Victore. Scelestissimũ genus peccati ẽ: cũ quis in dei vituperiũ delectat. Quid ẽ spũs blasphemie: nisi affectatio & đsideriũ vitupatõis diuie: h' ille. ¶ Quarto & vltio. pctm̃ blasphemie ẽ grauissimũ rõe cãe malis. Et declaratur sic. illud qđ vilissimũ & miserrimũ reddit suũ subiectũ: est pctm̃ maximũ: qz spoliat eũ sua dignitate: nobilitate: & gr̃a: donis & ꝟtutibus: vt pz de illo q̃ descẽdebat ab ierl'm in ierico: qui a latronib⁹ fuit spoliatus. Luc. x. Sz blasphemia

reddit suũ subiectũ miserimũ atqȝ vilissimũ:ergo blasphemia ẽ pctm̃ pessimũ. Probat minor. Minimũ pctm̃ morle:facit hoies miseros ꝛ viles:g̊ maius pctm̃ magis facit miseros ꝛ viles:ꝛ maximuȝ pctm̃ maxime facit miseros ꝛ maxime viles:p regulã Phi.ij. Topicoꝝ.Sicut simplr ꝛ ad simplr ꝛ magis ad magis: ꝛ maxime ad maxie. Sȝ blassemia ẽ maximuȝ pctm̃ vt declarat.s. Doc.xxij.q.xiij.ar.iij.ꝛ dictũ ẽ supra:g̊ blassemia maxime facit hoies miseros. Adeo grauissimũ ẽ pctm̃ blassemia:qꝛ psupponit ĩfidelitatẽ:que ẽ maximuȝ peccatoꝝ:qꝛ tollit fundametum totius hedificij spiritualis:vt dic.s.Doc.xxij.vbi.s.Grauissimuȝ est blassemia : qꝛ sup infidelitatẽ addit testationẽ voluntatis.sm.s.Doc.xxij.q.xiij. Grauissimuȝ dico est pctm̃ blassemie: qꝛ addit sup heresim. Nã heretic⁹ illa de deo dicit:que vera esse credit:q̃ȝuis erret in fide.Sȝ blassemus illa de deo credit : que scit oio nõ esse vera nec dicẽda.Grauissimum ĩsup ẽ pctm̃ blassemie: qꝛ excedit pctm̃ piurij: sicut ↄcludit.s.Tho.xxij.q.iij.ar.iij.vñ glo. sup illud.Blassemia tollat a vobis. Ephe.iiij.sic dicit. Peius est blassemare q̃ȝ piurare.Grauissimuȝ est:qꝛ excedit pctm̃ idolatrie. Nã ydolatria honorẽ deo aufert. blassemia deo vituperium ĩfert Grauissimum ẽ blassemia plusq̃ȝ homicidiuȝ:vt oẽs theologi ↄcludunt: ꝛ p maxime.s. Tho.xxij.q.iij. Et Alexãder de ales in.ij.sen. vbi no.diligenter qꝛ homicidium ꝛ blassemia possunt ↄsiderari dupliciter. Primo modo ex pte obiecti qd̊ offendit:ꝛ sic maius peccatum ẽ blassemia que ẽ peccatuȝ ↄ deuȝ:q̃ȝ homicidiuȝ qd̊ ẽ pctm̃ ↄtra primuȝ.Scd̊o ex pte nocumẽti:ꝛ sic pctm̃ homicidij est grauius peccato blasphemie : qꝛ homicidium plus nocet primo auferẽs sibi vitam q̃ȝ blassemia deo. Nã deo nullus nocere põt. Alti⁹ dico peccatum blassemie grauissimuȝ ẽ:qꝛ supat peccatuȝ iudeoꝝ. Nã iudei cõtumelijs affecerunt xp̃m mortalẽ:passibilẽ: ꝛ in statu hũilitatis:qꝛ filius hois nõ venit ministrari sȝ mĩstrare . Mat.xx. Sed blassemi vituperant ꝛ ↄfundunt xp̃m immortaelm ꝛ in celis regnantẽ:vt ait Augu. Itẽ xp̃s semel a iudeis fuit passus : crucifixus::mortuus ꝛ lanceatus. Sȝ tu o blasphemator pessime quãtũ in te est:si xp̃s pati posset quotiens blassemas:totiens passionẽ suam reiteras. Quãdo blassemas capiti suo spineã coronaȝ ĩponis. Quñ blassemas xp̃m manibus ad colũ

nam ligas: eum duriſſime flagel-
las. Tua blaſſemia: man⁹ que for
mauerunt celos: clauis tráſfodis.
Tua blaſſemia: agnum imacula-
tum: i crucez extendis. Tua blaſ-
femia xp̄m morte turpiſſima iter
ficis. Tua blaſphemia: longini lá
cea: xp̄i latus apis. Tua blaſphe-
mia: totus xp̄s patit: totus angu-
ſtiat: totus affligit: ⁊ vndiqꝫ ſan-
guis fundit: totus ſanguine balne
atur. O peccatū maximū. O pec
catū horrendiſſimū. O peccatum
oīa peccata tráſcédés. Quid ma
ius dici pōt: q̄d crudelius: q̄d ſcele
ratius q̄ꝫ dei filium iterꝝ vulnera
re: iterꝝ crucifigere: iterꝝ vilipen-
dere: Propterea de talibus ad
patrē ꝯquerit. ps. lxviij. d. Qué
tu o pater eterne percuſſiſti. ſ. mor
te ⁊ paſſione: perſecuti ſunt. ſ. blaſ
phematores blaſphemando ⁊ vi
lipendendo: ſuis ipſiſſimis blaſ-
phemijs: ⁊ ſuper dolorem vulne
rū meorūꝫ addiderunt. ſ. blaſphe
mias: tanq̄ꝫ noua ⁊ recentia vul-
nera: reiterando meá paſſionez:
grauius me vulnerando q̄ꝫ iudei
fecerūt. vnde Job. xvi. i perſona
chriſti dicit. Aperuerūt ſuper me
ora ſua. ſ. blaſphemádo ⁊ expro-
brátes percuſſerunt maxillá meá
. ſ. de nouo. Et infra. Cōſcidit me
vulnere ſuper vulnus. O deterio
res iudeis. O rabiati canes. O
diabolici hoīes. O incarnati de-
mones. O proditores dei. O vi
tuperatores virginis matris. O
inimici dei ⁊ omniuꝫ ſanctorꝝ. O
imitatores ſpurij. Nam ſpurius
fuit primus dei blaſphemator: vt
patet. Leui. xxiiij. Iam perpende
re poteſtis grauitatem maximaꝫ:
horribilitaté peſſimam deformita
tem maligniſſimam ſceleſtis blaſ
phemie: ex quibus oībus pꝫ hor-
rendum blaſphemie peccatū gra
uiſſimum omnium peccatorꝝ eſſe
quadruplici ratione declaratum.
ſm quattuor cauſarꝝ genera.



Ecundo principa
liter horrédi pec-
cati blaſphemie
conſiderare debe
mus ſeueriſſimaꝫ
punitionez: licet iuſtiſſimus deus
toleret ad tépus maligniſſimos
blaſphematores ſue tremédε ma
ieſtatis nihilominus finaliter ſeue
riſſime puniet: put corꝝ requirét
demerita: ideo tres leges punien
tes blaſphemos in preſentiarum
adducam.

¶ Prima. eſt lex diuinalis.
¶ Scd'a. eſt lex canonicalis.
¶ Tertia. eſt lex paganalis.
¶ Prima quidé lex qua puniun
tur maligniſſimi blaſphematores
eſt lex diuinalis. vnde Leui. xxiiij
. c. Precipit dn̄s dicés. Educ blaſ

phemum extra castra: ⁊ ponant omnes qui audierũt manus suas super caput eius: ⁊ lapidet eũ populꝰ vniuersus. Et ad filios israel loqueris. Hõ q maledixerit deo suo portabit peccatuʒ suũ. Et qui blasphemauerit nomé dñi morte moriať: lapidibus opprimet eum oĩs multitudo populi: siue ille ciuis: siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomé dñi morte moriať: hec ille. Punitio inaudita manifestissima est. iiij. R.xix. .c. ibi certe ꝑ blasphemiaʒ Senecharib de exercitu: ab angelo interfecti sunt. clxxxv. milia. ⁋ Scđa lex est ecclesiasticalis seu canonicalis. Extra de maledicis. c. Statuimꝰ. Ubi habeť ꝙ blasphemãté deũ ⁊ sanctos peniteat. vij. diebus dñicis: ⁊ tpe misse: ãte fores ecclesie dʒ stare: ita ꝙ vltimo die nec paliũ: nec calciamenta: sʒ corrigiã circa collũ habeat: ⁊ ꝙ. vij. sextis ferijs precedẽtibus ieiunet in pane ⁊ aqua: nec ingrediať ecclesiã: ⁊ in quolibet dictoꝝ dieꝝ: tres reficiat pauperes: ⁊ si nõ põt tres: saltẽ duos vľ vnuʒ. Et si hoc non põt: id in penã aliaʒ ꝯmuteť. Et si predicta renuerit: dʒ ei interdici ingressus ecclesie: ⁊ in obitu debet carere ecclesiastica sepultura. Insuper talis debet condemnari pena pecuniaria. hec ibi. Et

ꝺm Goffre. hec omnia pro tribunali fiũt. Et. xxiiij. q. iij. c. Apostolice auctoritatis exemplo didicimus: errantiuʒ ⁊ in errorẽ mittentiũ: spũs tradẽdos esse sathane: vt blasphemare dediscant: h ibi. Justinianus vero xp̃ianissimus imperator: precipit blasphematores: capite puniri: vt pʒ in Autenticho. Ut nõ luxurieť ꝯtra naturã. Collatiõe. vi. ꝟ. precipimus: cũ ex his oriať fames: terremotꝰ: ⁊ alie pestilẽtie. Si enim blasphemie dicte contra hominem nõ transeunt impunite: multo magis contra deũ. Propterea ciuitates in suis legibus: multas contra blasphemantes statuerunt: licet in executione hodie sopite videantur. ⁋ Tertia lex ẽ paganalis: vt pʒ Dañ. iij. de Nabuchodonosor: q̃ viso miraculo trium pueroꝝ: precepit vt q̃cũqʒ blasphemarent ꝯtra deuʒ: disperirent ⁊ domus eoꝝ vastarenť. Idem precipit machometꝰ in suo alchorano. Quicunqʒ deũ vel xp̃m vel beatã virginem blasphemat: medius diuidať. Ex his apparet ꝙ xp̃iani sunt deteriores q̃ʒ sint pagani: q̃ʒ sint gentiles: q̃ʒ sint iudei. Nã ⁊ iudei quãdo audiebãt blasphemare: statim obturabant aures ne audirẽt blasphemiã: vt patet. Actuuʒ. vij. c. Scindebant ⁊ vestimẽta sua in signuʒ

maxime detestatiõis: vt fecit Cayphas. Math. xxvi. c. Heu igitur quid referam de christianis? Blasphemant deum: virginem mariam: sanctos et sanctas: et nõ est qui reprehẽdat: neque reportet. Et quod peius est: nõ est qui puniat. O iudices quid dormitis? O quid tardatis punire blasphematores dei et sanctorum. O rectores. O domini temporales: vbi iusticia: vbi fides: vbi iusiurandũ: vbi zelus honoris dei? Nõne videtis quod totus creaturarum ordo inuehit: minatur vltiõis arma tollit: vt puniat blasphematores dei et sanctorum? Nam aliqui moriuntur fulgure et sagittis de celo missis: aliqui suspẽduntur in aere ex seipsis. Aliqui comburuntur igne celesti. Aliqui in aquis submerguntur. Aliqui interficiuntur: modo bombarda: modo gladijs: modo deuorantur a bestijs. Infernus quoque eosdem sine fine cruciabit. Si enim vt refert Greg. in. iiij. libro dyalogorum Puer quinque annorum blasphemijs assuetus a demonibus asportatus est: et in infernum damnatus: multo magis blasphematores: qui pleni dierum et annorum sunt: portabuntur a demonibus in ignem sempiternum. Miles quidam in diocesi remensi: cum quadam die blasphemaret deum: statim percussus caduco morbo: coram astantibus cadens: per totam sequentem diem horribiliter se discerpens et ad terram allidens: et ex ore spumam euomens: miseram animam expirando diabolo cõmendauit. Alius quoque virginem gloriosam blasphemans: membratim: et membra illa que in virgine blasphemabat amittens in corpore suo: demum desperatus: venter crepuit: et sic infelicem animam in manibus dyaboli reddidit. O quanti in anima et in corpore ad inferos a dyabolo portati sunt: propter scelestẽ blasphemie vitium. Quidam habitans florentie cum blasphemijs delectaretur: dum esset in societate quorundam: cepit grauissime deum blasphemare. Sed mox dyaboli rapuerunt eum in aera: et sotulares eius ceciderunt in vno loco: et calige in alio: donec totaliter fuit spoliatus: et non fuit visus amplius. Natator quidam in syracusa: erat magnus blasphemus. Et cum semel de barcha se in mare tranquillũ precipitasset causa natandi: statim submersus est: post modum amici piscantes et educẽtes de mari mortuum: inuenerũt cadauer eius totum integrum

preter linguam quam non inuene
runt: vt in illo mébro maxie osten
deret deus vindictam in quo pec
cauerat. O mundi iudices iã ape
rite oculos ⁊ abusionem conside
rate atq̃ punite. Nam tanta é cor
ruptela christianorum vt pro nihi
lo blasphement deum: gloriosam
virginem mariam: ⁊ ceteros san
ctos: quasi receperint ab eis iniu
rias: cũ oppositum appareat. Ná
ipsa virgo maria mater gloriosis-
sima continue pro peccatorib⁹ in-
tercedit ⁊ veniam implorat: ⁊ di
uinam sententiam suspendit. Sic ⁊
reliqui sancti ⁊ sancte. O q̃z ingra
tissimi. O q̃z maledicti. O q̃z ife
lices. O q̃z ifernales sunt blasphe
matores. Cur blasphemant deuz
virginem mariá ⁊ sanctos: Re
vera iam didicerunt linguam ⁊ lo
quelam infernalez. In inferno nó
é aliqua loquela nisi blasphemie.
blasphemator iam incipit offici-
um inferni: quod est blasphemia:
iuxta illud Math. xxvi. Loque-
la tua manifestum te facit. Iustissi
me ergo puniendus exterminan-
dus ⁊ corporaliter ⁊ eternaliter cõ
demnandus est.



Ertio principaliter
horrendi pcti blas-
phemie considera-
re debemus specifi
cationem. Et vt sa-
cilius de taz nephãdo scelere con
fiteri possitis duodecim modos
explicabo: quibus blasphemato-
res tremendam dei maiestatem
blasphemant ⁊ cõculcant. ¶ Pri
mus vocatur negatiuus. Cũ qs
iniuriatur deo dicens. De⁹ non
posset facere q̃ ego nó faciaz vin
dictam: vel deus nó pót facere q̃
talis sit bon⁹ homo: vel bona mu
lier: vel deus nó est iustus: non est
misericors: non est clemens: non é
sapiens: vel de⁹ nó pót remittere
peccata ⁊ huiusmodi. In omnib⁹
his est peccatũ mortalissimũ ƀm
Augustinum ⁊ Doc. s. scđa scđe.
q. xiij. q: aufert ab eo qđ ei eéntia
liter cõuenit. Unde Ber. super
Cañ. ß. lxxij. dicit sic. Uult ergo
nó eé deũ: qui, quátũ in ipo é: aut
vult eum impotentez: aut iniustú:
aut insipienté esse vult. Crudelis
plane ⁊ omnino extranea malitia:
que dei potentiam: iustitiam: sapi
entiam perire desiderat. Qui au-
tem vult deum esse iniustum: vult
non esse deum. Et qui desiderat
deum non esse: non ne quantum
in se est: deum occidit: ¶ Secun-
dus vocatur peccatiuus. Cuz qs
dicit. Deus peccat vel est causa
peccati. Talis itaq̃z deum blasphe
mat ⁊ mortalissime peccat: ⁊ é he
reticus. xxiiij. q. iij. Quidam. para
pho. floriani. ¶ Tertius est opi-

natiuus. Nam qui aliter sentit de deo q̄z credendum sit ꝯm solá intentionem ꝓprij intellectus deum blasphemat.xxiiij.q.iij.c. hereticꝰ est: semper peccans mortaliter. ¶ Quartus mocatꝰ itellectiuus. Cum quis aliter intelligit sacram scripturam q̄z spiritussanctus suggerit: blasphemat deum ꝛ est hereticus.xxiiij.q.iij.c.heresis. Unde semper est mortale. ¶ Quintus est deprauatiuus. Nam ille q deprauat fidem trinitatis: vt dicendo patrem: filium ꝛ spiritumsanctum esse vnam personam: aut esse tres naturas: deum blasphematꝰ ꝛ mortaliter peccat: ꝛ est hereticus.xxiiij.q.iij.c.quidam.parapho. Sabelliani.vnam personã patrem ꝛ filium ꝛ spiritumsanctũ astruunt. Arriani diuersas in trinitate substantias asserunt contra illud. Ego ꝛ pater vnum sumus. Et extra de sum.trini. ꝛ fi. catho. c.i. ¶ Sextus est imprecatiuus. Cum quis tanta detestatióe ꝛ prauitate inductus.dicit. Maledictꝰ sit deus. in despectu dei sic erit: vel sic faciaz.mortalissime: peccat. ¶ Septimus est impositiuus. Cũ quis dicit. Deus est proditor. deꝰ est manigoldus.deus est partialis magis benefaciens illi q̄z mihi q bona facio. Reprehendit deum qui nó ditauit eũ sicut alterum: dã nat deum: qui mittit sibi tribulationes ꝛ aduersitates.exaltat vsurarios: fornicatores: tyrannos ꝛc. Talis deũ blasphemat: ꝛ mortalissime peccat. ¶ Octauus est fortunatiuus. Cuz quis dicit: ꝙ omnia que eueniunt: nó ex diuina ꝓuidétia: sed ea fortuna: vel casu eueniũt ideo tanta est indispositio ꝛ inordinatio rerũ naturaliũ ꝛ ciuiliũ: blasphemat deum. Job.xxij.c. Et dicis. Quid eni nouit deꝰ? Similit̃ qui maledicit ꝛ blasphemat fortunam: blasphemat deũ.q: maledicit ordiné diuine prouidentie: rebus inditum: mediãtibus causis secundis. ¶ Nonꝰ é originatiuus. Cum quis detestatur deum: qui talem puerum ante baptismuz necat: vel natum ex vtero: sine baptismo damnat: deuz blasphemat. talis stultus est. vnde Seneca epl'a lxxv. Non affligitur sapiẽs liberorũ amissione: non amicorũ. Eodem enim animo fert eoruz morté quo suam expectat. h̄ ille. Preuidit enim deus ꝙ tales pueri si crescerent: grauissima peccata cómitterent: ꝛ ita grauissime in inferno punirentur. ¶ Decimus est creatiuus. Cum quis dicit ꝙ deus male fecit creare illos quos presciuit damnandos: vtputa infideles ꝛ iudeos ꝛ malos christianos: ex quo omnino sunt damnãdi: quia per-

ſeuerant in eoꝝ malitijs: deū blaſ/
phemat mortaliter peccans. Ro.
ix. An nō habet poteſtatem figu/
lus luti ex eadē maſſa facere. ali/
ud quidē vas in honorem. aliud
vero in contumeliaȝ. ¶ Undeci
mus eſt attributiuus. Cum attri/
buit creature: quod eſt ipſius dei.
vt cum quis dicit: ꝙ angelus vel
homo creat: vel ꝙ homo princi/
paliter remittit peccata: deū blaſ/
phemat. Similiter cuȝ aliquid dei
tatis attribuitur creature: vt faci/
unt diuinatores: ſortilegij: inuoca
tores demonum: de quibus in ſer
mone de ſuperſtitiōibus blaſphe
mant deum mortaliter peccantes.
vt patet. xxvi. q. v. Epi. ¶ Duo/
decimus ē mēbratiuus. Cum im
mundiſſimus blaſphemus iurat
per membra pudenda contra de
um: contra chriſtum: contra virgi
nem glorioſam: ⁊ contra ceteros
ſanctos ⁊ ſanctas: ſemp mortaliter
peccant. Hec nomina cauſa hone
ſtatis ommitto: ſed peſſimus blaſ
phemator me apertiſſime intelli/
git: cum illa quottidie praticet. Et
ſi laborioſe conſumptus eſt ſermo
īmaniſſimi ſceleris blaſphemato/
rum. Reſtat modo o pauperes
blaſphematores cum audieritis
hoc grande vitium eſſe mortaliſ/
ſimum peccatum: quo ſummum
⁊ optimum deum totiens veſtris
turpiſſimis verbis: veſtris vene
natiſſimis labijs: veſtris diaboli
cis linguis offendiſtis: vt ad cor
redeatis. Eleuate iam capita ve/
ſtra. Audite Apoſtolum Ephe.
iiij. Omnis blaſphemia tollatur
a vobis. Emittite ſuſpiria. adduci
te lachrymas: percutite pectora:
geminate ſingultus: Currite ad
ſanctam confeſſionem: proſterni/
te vos ante pedes ſacerdotū: oſcu
lamini terraȝ: narrate blaſphemi
as ⁊ tot iniurias deo: virgini ⁊
ſanctis illatas. proponite poti⁹ mo
ri q̄ȝ amplius blaſphemando of
fendere tantam dei maieſtatem:
ſed ſemper eam laudare: ſemper
benedicere atqȝ glorificare: glorio
ſam vero matrem dei ⁊ reliquos
ſanctos reuereri ⁊ cordialiter vo
care. Sic mutati ⁊ correcti nō diſ
fido de vobis: immo ſpero ꝙ cle
mētia dei ⁊ pietate matris: tot ve
ſtrorum peccatorum veniam ob/
tinebitis. hic per gratiam ⁊ in fu
turo per gloriam. Amen.

¶ Feria quarta ſcđe dominice.
De adulterio. Sermo. xxij.

Dic vt ſedeant hi
duo filij mei: vn⁹
ad dexterā tuā: ⁊
alius ad ſiniſtrā in
regno tuo: Mat.
xx. Grandis eſt fiducia eorum. q
fidem ⁊ integritatem matrimonij

sibi inuicem seruant: legittimo ⁊ honesto concubitu filios procreātes. Et quia matres que portauerunt ⁊ lactauerunt: de filijs certiores sunt: vt inquiunt iuriste: idcirco dulcius amant ⁊ ardentiori animo procurant omni sollicitudine vt exaltentur ac sublimētur. Hoc autem nobis insinuat beata vxor zebedei: que cū filios ex legitimo ⁊ honesto matrimonio generasset: cupiēs illos pre omnibus exaltari: audacter accessit ad dominum iesum adorans ⁊ dicēs. Dic vt sedeant ⁊c̄. Quod sine dubio: tanta cum audacia facere non possunt ille que thorum maritale violauere: ac filios ex adulterio genuerunt. Dicamus ergo. Dic vt sedeant ⁊c̄. Et sunt verba recitata in hodierno euāgelio. in quo tria documenta habemus. Et primū documentū est: ꝙ sancta mater ecclesia sepe de christi passione mētionē facit: vt cordibus humanis facilius imprimatur: ac firmius. Hoc tangitur prima parte euāgelij. ibi. Ecce ascendimꝰ ⁊c̄. ¶ Secundum documentum est ꝙ nullus debet se intromittere ad obtinenda ecclesiastica beneficia consanguineis. Imminet enim maximum periculum in huiusmodi de vitio symonie: cum maxime preces valeant loco precij. Hoc tangitur ibi. Accessit ad eū mater filiorū zebedei. ¶ Tertiū documentum ē ꝙ illi qui volūt sedere cum xpo: ⁊ illi cōregnare in gloriā: necesse ē ꝙ bibāt in hac vita calicē passionis ⁊ tribulationis: ⁊ si coniugati sunt seruēt matrimonij fidē inuiolatā: horrentes peccatū adulterij. De quo tria cōsiderabimus.

¶ Primo. grauationē.

¶ Secundo. malignationem.

¶ Tertio. specificationem.

¶ Primo cōsiderare debemus adulterij grauationē. Que vt clariꝰ cognoscat occurrit ante oīa breuiter declarādū qd sit adulterium. Pro quo sciendū ē ꝙ scūs Tho. scda scde: q. cliiij. ar. viij. Et glo. super Exo. diffinit sic. Adulterium est accessus ad alteram preter suam. Et dominus Albertus in. ij. sen. di. xxxv. dicit. Adulterium est quo coniugalis thorus violatur. Unde adulterium dicitur ad alienum thorum accessus. veritas huius diffinitionis declarat ab Augustino libro de decem cordis. Et in decretis. xxxij. q. v. Nō mechaberis. i. ne quisq̄ preter matrimonij federa alijs feminis admisceatur ad explendam libidinem. Nā adulterium facit: qui preter suam ad alteram accedit. Et. xxxvi. q. i. lex. Adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. Dif

Adulterium quid

Adulterium unde dicatur

finitur a.s. Ambrosio in libro. De patriarchis. Et in decretis. xxxij. q.iiij. Nemo. Adulterium é vbi celebrati coniugis iura temerantur: τ vxoris pudor soluitur. Iterum diffinitur a Gelasio papa.xxxvi. .q.i. Lex. Adulteriū é alieni thori violatio. Et in hac diffinitione cōcurrit Hosti. i sum. sua libro. v. ti. de adulterijs. Idem sentit Bonauentura τ Ricar. Q̄ aūt adulterium sit graue peccatū: imo grauissimum declaratur quadruplici causa: quarum.

¶ Prima est efficiens.

¶ Secunda est materialis.

¶ Tertia est formalis.

¶ Quarta est finalis.

¶ Circa primam causam notandum est: q̄ cōmittentium adulterium saltem vna pars habet in se sacramentum matrimonij: quod est maximū significatione. Nam matrimonium significat ꝯiunctionem deitatis cum humanitate τ significat coniunctōem christi cum ecclesia. vt dicit. s. Tho. iiij. sen. d. xxvi. τ. xxvij. Et hec ꝯiunctio fuit precognita per Adā. post soporem τ fabricationem Eue. Geñ. ij. dixit Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis: τ caro de carne mea. Et. xxvij. q. ij. c. Lex diuine constitutionis. Quāobrem relinquet homo patrem τ matrē suam τ adhere-bit vxori sue: τ erunt duo in carne vna. Que verba exponens. s. Paulus. Ephe. v. dic̄. Sacramētum magnum est hoc. Ego autem dico in christo τ i ecclesia. Cui cōcordat Leo papa i decretis. xxvij. q. ij. c. Cum societas. Que quidē coniunctio deitatis τ humanitatis christi ad ecclesiam: τ ecclesie ad christum nunq̄ fuit separata. vnde Ephe. v. Viri diligite vxores vestras: sicut christus ecclesiā. Cū igitur sacrum sacramentū matrimonij significet τ representet ppetuam illam coniunctionem τ indissolabilem vnionem: adulterium grauissimum peccatum est: per qd̄ separatur fides: amor: τ corpus ab inuicem. Quapropter adulter alteri adherens peccat contra tam magnum sacramentū in quo é tam transcēdens dignitas significata. s. coniunctionis. deitatis. τ humanitatis. Peccat adulter contra tam magnum sacramentū: in quo é tā transcendens dignitas. quo est significata. s. coniunctionis christi τ ecclesie. Peccat iterum adulter ꝯ tam magnum sacramentū in quo est significata tam transcēdens dignitas. s. vnionis ecclesie ad xp̄m. Dignitas autem persone s̄m. b. Tho. multum aggrauat peccatum: quia quanto peccator est in maiori dignitate tanto grauiꝰ est pec-

catum ei⁹. vt patet in.ij.ser.de pec cato in cōi. ¶ Secunda grauitas huius scelestissimi vitij sumitur a cā materiali. Nā act⁹ illius peccati est grauissimus q2 exercetur per duos. Et sic vbi dyabolus in alijs peccatis vnū: per istud iterficit duos: vno codēq3 tempore: imo quādoq3 plures interficit ꝛ nuntios ꝛ nūcias: ꝛ tm̄ crescit aliqñ vis amoris: vel potius libidinis: q̄ p adulterū procuratur mors coniugis: vel promittit eam accipere in vxorem mortua coniuge. Quod si fecerit ꝛ mors fuerit secuta. eamq3 duxerit in vxorem: continue manent. in peccato mortali: quia matrimonium nullum est propter impedimentum criminis: ꝛ sic multiplicantur peccata. Extra de eo qui duxit in matrimoniū: quā polluit p adulterīū.c. Significasti. ¶ Tertia grauitas adulterij sumit a causa formali. In quolibet enim peccato mortali ē auersio a bono icōmutabili: ꝛ conuersio ad bonū cōmutabile: vt ait Augu. in libro de libero arbitrio: sed per nullū peccatum ratio ita absorbetur sicut in adulterio propter vehementē carnis delectationem: qua ab omī cōsideratione dei ꝛ rerum diuinarū homo absorbetur: ita vt homo ibi totus efficiatur carneus. Si enim vt ait Hiero.xxxij.q.ij. Cōnubia legittima carent quidē peccato: nō tamen tempore illo: quo coniugales actus geruntur: p̄ntia spiritus sancti dabitur: ꝛ si propheta eē videatur: qui officio generatiōis obsequitur: sed alia plura sunt: in quibus sufficit sola vis hūana: ꝛ neq3 res indiget: neq3 decet adesse presentiam spiritussancti. h̄ ille. Et iterū. xxxij.q.ij.c. Quicqd. Quod declarans glo. ibidem dicit. Pro tanto dicitur p̄ntiam spiritussancti in illo actu non dari: quia tunc non datur quo ad actum faciendi miracula vel prophetandi. Nam in illo actu est quidam stupor mentis: ꝛ homo totus carneus efficit. hec in glō. Et hoc ostēdit Aris. in vi. Ethy. di. Impossibile ē: hoies aliquem in ipsa intelligere. s. copula carnali. quāto magis ratio absorbetur in actu adulterij ꝛ mens totaliter auertit a deo ꝑpter inordinatum amorem. vnde procedit adulterium. Jō Prouer. vi. Qui aūt adulter est ꝑpter cordis inopiam. s. amisso vigore rationis: ꝑdet animam suam: turpitudinem ꝛ ignominiam congregat sibi: ꝛ opprobrium eius non delebitur: hec ille. ¶ Quarta grauitas adulterij sumit a causa finali sic. finis huius mali est cōsecutio voluptatis: cui facile potest adhiberi remedium. Sed quanto quis potest

apponere remediũ alicui pecca-to ꝛ nõ facit: tanto magis ꝛ gra-uius peccat qꝛ maiori inordinati-ne volũtatis: sed huic malo potest adulter facile remediare: qꝛ si ha-bet vxorez põt sibi satisfacere. vñ Apost. i. Cor. vij. Et. xxxij. q. ij. c. Sicut ꝓpter fornicationem. s. eui tandã: vnusquisqꝫ habeat suam vxoré. Si nõ habet vxorez potest sũmere: qꝛ vt ait idé Apost. Me lius est nubere qꝫ vri. i. incidere i adulterium ꝛ in alias ꝯcupiscen-tias perniciosas ꝛ dãnatas ipsius voluptatis. Et nõ excusaris si di-cis: nõ possem vxori ꝓuidere vl' nutrire filios: si haberem dotem sufficienté: facerem. Melius est certe: pati dispendia in téporalib⁹ ꝛ recipere minorem dotem: ꝛ mi nores pompas facere: ꝛ sic proui dere anime sue: qꝫ in talia vitia i-cidere: pp q̃ dãnaꝫ hõ. Si át assu mere nõ vlut cũ ad hoc nõ cogaꝫ ꝓuet castitaté. Ex his pꝫ adulteriũ esse grauissimum peccatũ. tum. s. ex causa efficienti: tũ ex causa ma teriali: tum etiaꝫ ex causa formali: tumqꝫ ex causa finali. Et ex hac grauitate verificatur illud. Osee .iiij. c. Non est enim veritas: qꝫ vnus mentitur alteri: ꝛ nõ est mi-sericordia. s. ad animam suam ꝛ ꝓ ximum: ꝛ nõ est scientia dei in ter s. rõ fidelitatis. Maledictũ ꝛ mé dacium ꝛ homicidium: ꝛ furtũ ꝛ adulteriũ inundauerũt. i. habun-danter creuerũt ꝛ sanguis sangui nem tetigit. s. peccatuꝫ peccato cu mulatur: hec ille. vnde Clemens ait i epistola ꝛ habeꝫ. xxxij. q. vij. Quid in oibus peccatis adulte-rio grauius? Secundum nãqꝫ in penis obtinet locum: hec ille. Nã ꝯtra proximũ primũ penale. i. di-gnum pena eterna ꝛ morte corpo rali est homicidiũ. Scõm est adul teriuꝫ maius. s. furto rapina ꝛ mé dacio ꝛ multis aliis. Grauissi-mũ igiꝫ est adulterium: ꝛ tamé nõ puniꝫ. Rectores autez ꝛ iudices rapinas ꝓuas ꝛ furta sepe puniũt etiá morte: sed adulterium minime. Quid igiꝫ facitis o iudices o offi ciales? Cur dormitis? videtis vio lare sanctũ mrĩmonium a quo de scendistis ꝛ nõ punitis. Mandat vobis deus in testaméto veteri vt huiusmodi lapidetis. Leui. ij. vt i fra diceꝫ. Si vis aliter ꝓcedere: sic dicas. Adulterium est peccatũ mortale ꝛ grauissimũ triplici rõe. Primo rõe ꝑuersiõis sic. illd̃ qd̃ ꝑuertit diuinã significatõeꝫ: ꝛ xp̃i ꝛ ecclesie sacrm̃ est peccatũ morta le. sed adulterium ꝑuertit diuinaꝫ significatõem: ꝛ xp̃i ꝛ ecclesie sa-cramentũ. ergo est pctm̃ mortale. Nã mrĩmoniũ significat ꝯiũctõeꝫ diuinitatis ꝛ humanitatis: ꝛ xp̃i ꝛ

ecclesie: iuxta illd apostoli Ephe. v. Sacrm hoc magnu est: ego aut dico in xpo et in ecclesia. Secudo rone inductois sic. Illud qd i suo subiecto inducit morte spualez est peccatum mortale: sed adulteriuz inducit morte spualez et multoties corpalem vt patet et patebit ergo adulteriu est pctm mortale. Adulteri. n. sm leges debet decapitari. Tertio rone auersionis sic. Illud per qd ho auertit se totaliter a do et puertit se totaliter ad creaturaz est pctm mortale. sed p adulteriuz homo auertit se a deo totaliter: et puertit se ad creatura: vt pz supra ergo adulteriu est pctm mortalissimu. Et sic patet prima pars.

Secundo principaliter psiderare de bem adulterij malignatoem. Quauis plurime et quodamodo ifinite sint: hui sceleratissimi adulterij malignitates: tamen in pntiaru tres tm explicabimus.

Pria e legu trasgressiua.

Scda e odij causatiua.

Tertia e punitionib subiectia.

Prima malignitas adulterij dr legu trasgressiua. Adulter eni trasgredit lege nale vt ait. s. Boc. in. iiij. sen. di. xxxiij. q. i. ar. i. Hoc at ius nale e mirabilis vigoris et vniuersal efficatie. Na. ij. ethy. dr ius nale semp et vbiqz het nalem potetia cade. Et h iure nali sequitur illud qd ab alio oderis fieri: vide ne tu alt i aliqn faciat. Thob. iiij. Mat. vij. Oia ergo quecuqz vultij vt faciat vobis hoies et vos facite illis. Sz qs e ille qui vellet vxore sua adultari? Certe nullus nisi ille q pdidit ius nale vt fatu: et pessim exerces lenocinia. Nlla mulier h psiderat nisi bestial et fatua: imo no pot pati tale iniuria: sz expellit et pcutit vxore: et ipa summe turbat de adult io viri. Adeo h vniuersal r dictat lex nalis et ro: q et ante legem scripta ethnyci et ydolatre habuerut adulteriu pro magno crimine: vt magis illud abhorreret: qz homicidiu: vt pz in Abraa: q descedes i egyptu cum Sarra vxore sua cu pulchra esset: rogauit ea vt no indicaret se esse vxore ei. Cogitauit. n. si cotingeret egyptios scire ce vxore suam occideret eu ne comitteret adulteriu vteres ea min facietes sibi co sciétia d homicidio qz de adult io Hec Nicho. de lira sup gen. trasgredit et lege mosayca seu pphale. Exo. xx. No mechaberis. i. no adulterabis. Nec obstat antiquos pres accessisse ad ancillas cum heret vxores: vt Abraa ad Agar Gen. xvi. Et Jacob ad Balaam zelpha. gen. xxx. et Dauid et mltos

alios. Nã dicit. s. Tho. in. iiij. sen̄. d. xxxiij. Et i. scd̃a scd̃e. q. cliiij. ar. .ij. q̄ nõ cog̃scebãt eas ex affectu fornicatiõis: sȝ maritali affectu cũ quibus deus dispẽsauit: vt pȝ etiã. Extra. De diuortijs. c. Gaudem⁹ Et hoc vt multiplicaretur cultus dei: qui erat in eoꝝ familijs soluȝ ⁊ ꝑpter spũalem significationem que habet. xxxij. q. iiij. Recurrat Et. c. se. Et. c. Obijciunt. Transgreditur etiã legẽ euãgelicã. Naȝ xp̃s ĩ euãgelio. Mat. xix. Quos ergo deus ꝯiunxit hõ non sepet. Ex quo habet: q̄ nõ licet aliqua de causa accedere ad aliã q̃ȝ ad ꝓpriã: neqȝ. s. ꝑpter sterilitatẽ: neqȝ ꝑpter incurabileȝ infirmitatem: quantũcũqȝ diuturnã ⁊ fedã: siue vxor sit ceca: siue paralitica: siue leprosa: siue cancrosa: siue antiqua: siue turpissima. In quibus defectibus debet maritus ꝯpati vxori: ⁊ vxor marito: sufferre inuicẽ: cõsolari: adiuuare: ⁊ subuenire: vt sibi fieri vellet vnusquisqȝ si in tali casu esset. Altius dicã. Ad alienaȝ nõ licet accedere: nec ex eo q̄ est adult'a vl' q̃ȝtũcũqȝ mala ⁊ heretica. bñ possȝ dimitt̃e q̃ ad cohitatõeȝ ⁊ thoꝝ pp adulteriũ vel piculũ suũ ꝓbabile aĩe vel corpis: sȝ ñ quo ad vinculũ. i. q̄ possit accedẽ ad aliã viuẽte ꝑma. Alias adulteriũ est. Et idẽ de vxore erga viꝝ.

vñ Aug. xxxij. q. iiij. in ꝯclusione totius illius questiõis. Et. q. v. Si vxorẽ. Et. q. vij. per totuȝ ait. Sic non sunt facienda adulteria voluntate procreandi filios. sicut nõ sunt facienda furta. voluntate pascendi pauperes. Transgreditur insuper legem canonicã. Volũt leges canonice ad ostensionem fidei ⁊ amoris vt in desponsatione cõcurrat appositio anuli. vnde Isidor⁹ .xxx. q. v. Femine ait. Imprimis anulus a sponso sponse datur propter mutue dilectionis signuȝ. vel ꝑpter illud magis: vt pignore eorum corda iungãt. vnde ⁊ quarto digito anulus infert. quia in eo vena quedã vt fert sanguinis ad cor vsqȝ ꝑueniat. h ibi. Rotunditas anuli qua anulus non habet finem. significat diuturnitatẽ amoris ⁊ fidei in matrimonio obƀuande. ¶ Scd̃a malignitas adulterij dicit odij causatiua. Odia nãqȝ. temeraria iudicia. suspitõẽs: mali ꝯceptus: blasphemie: detractiõẽs. murmuratõẽs. querele. conuitia. indignationes. ire. fastidia. bizarie melenconie. animi incitamenta erga ꝓximuȝ: ex adulterio exurgũt. Que ꝑfecto qualia ⁊ quãta sint: quis referre possȝ? Que lingua. que vox texere? Raro enim põt celari adulterium. Similiter a marito quasi semper oditur vxor. cũ

de adulterio nouit. Et nõ patitur eã respirare. ipsi ꝛ filijs ip:opat. Ex h̃ oriũt ꝯtumelie. meretrix nũ cupat: qđ vxo: sustinẽ ñ valet. ſꝫ de desperatõe tentat. Et raro vel nunq̃ꝫ ei reconciliatur: q̃ꝫuis penitentez deberet recipere. Indignatus etiam alias sequitur feminas. Si vero vxo: cognoscit adulteriũ mariti: maritꝫ blasphemat: optat ei mo:tẽ: summe odit eã cuꝫ qua adulteratur. Maledicit ho:ram ꝛ diem ꝛ mediato:es matrimonij. Anxiatur continue diuersis imaginationibus odio concepto: ex quo sepe alterum virũ vocat. In adulteris hoc odium aliquando tantum excrescit vt ex eo o:iantur dissensiões: ꝛ bella mo:talissima. Que eniꝫ causa fuit diuturne guerre inter grecos ꝛ troianos ꝛ destructionis Troie nobilissime ciuitatis: nisi raptus Helene p:opter adulteriuꝫ: Sed ꝛ in histo:ijs romanoꝝ narratur ꝙ ꝑpter adulterium cõmissũ ab Antonio: qui sibi cũ Octauiano con diuiserat totum imperium ex eo ꝙ repudiauit vxo:em suam germanã Octauiani: ꝛ adhesit carnaliter Cleopatre: regine egypti libidinosissime femine: Octauian⁹ indignatus mouit contra eum bellũ nauale ꝛ terrestre: ꝛ vbiq̃ꝫ Antonius fuit deuictus: qui demũ capta fuga se interfecit. Cleopatra quoq̃ꝫ seipsam interemit: p:opter adulterium enim vt habetur. Judicum. xix. ꝛ. xx. c. qđ perpetratuꝫ fuit cum vxo:e cuiusdam leuite a viris ciuitatis Gabaa. quia illi de tribu Beniamin: noluerunt tales punire: mo:tui sunt in bello circa lx. milia hominũ. Nam in p:imo ꝛ secundo bello: vndecim tribus fuerunt debellate a tribu Beniamin: ꝛ mo:tui plusq̃ꝫ triginta millia de ipsis qui confidebãt de sua multitudine cũ essent quadrigẽta milia vel circa. Sed in tertio bello ꝯpuncti ꝯfidẽtes in dño habuerunt victo:iã deleta tribu Beniamin: exceptis. xxv. milib⁹. Adulteri fiunt crudelissimi vltra q̃ꝫ dici possit. Nã aliquãdo occidunt filij a talibus ꝯcepti: vel geniti. etiaꝫ sine baptismo ad occultãdũ adulterium. Qđ est sũme crudelitatis: nec maio: põt cogitari: q̃ꝫ ꝓp:ios occidere filios. Aliquãdo occidũtur ipsi adulterantes: q̃ꝫuis nullo mõ đbẽt occidi a p:iuatis ꝑsonis: nec a pr̃e: nec a mr̃e: nec a marito nec a fr̃ibus: nec ab alijs: ſꝫ a iudice ciuitatis: solũ per viã iuris. Et ſm canones grauissime punit interfecto: vxo:is ꝑpter adulteriũ: vt pꝫ. xxxiij. q. ij. Admonere. licet i aliquo casu pmittat ſm legeꝫ humanã. tñ ſm magistrũ in. iiij. sen.

d.xxxviij. Sancta ecclesia mundanis nunq̃ȝ stringit legibus gladiũ nõ habet nisi spũalé. Et huiusmõi homicidia sepe accidũt ꝑꝑ adulterium. Sequit̃ ⁊ sepissime ↄsumptiones bonoꝝ tꝑalium. Adulter enim facit vestem iocalé: delicias adultere: ⁊ vxor adulterans: sepe furat̃ bona viri. ꝓebés ea adultero suo. Sed ⁊ si casu vxor de adulterio suscipiat filios nutrit eos de bonis viri sui: ⁊ tunc est furtũ. Alii qñ etiã bastardus suscipit hereditaté putatiui patris vel in ꝑte cum aliis heredibus vel in totũ. vnde querũt doctores: quid faciet mulier: que de adulterio suscipit filiuȝ vel supponit sibi alienũ ꝑtum: Et Rñ. d. Ray. di. sic. Mulier si hȝ talé viꝝ: cui absq̃ȝ periculo corꝑis sui possit reuelare: tũc tenet̃ illud ei patefacere ⁊ sic absoluta est. Si ṽo talis sit vir ꝙ timeat̃ ꝑiculuȝ: tunc dȝ hoc ep̃o: seu sacerdoti ꝑito vel vtrisq̃ȝ reuelare: q diligéter ⁊ caute ingrát cõditiones spurii seu suppositi. Et si inuenerint illũ esse spũalem ac timété deũ: tũc coram muliere si viderint expedire recepto prius sacr̃o ab ipsa: ꝙ nõ calũniose ꝓcedit: ⁊ etiã ab illo ꝙ secretũ teneat: poterũt reuelare ei: ⁊ cõsulere ingressuȝ religiõis: vl' ꝙ se ad lõginqua trãsferat: vt nihil de bõis putatiui p̃ris recipiat. Si ṽo illi spurio vel suppposito nõ põt reuelari sine periculo: vel etiaȝ post reuelatõem nõ vult ↄsilio acq̃esce re: tunc ↄiniungat̃ mulieri ꝙ de rebus quas hȝ vel in futuꝝ h̃re põt satisfaciat viro iuxta posse: doléṡ de peccato: ⁊ de h̃ ꝙ plene satisfacere nõ põt. Et talis satisfactio fiat caute ꝑ aliũ absq̃ȝ ꝑsone manifestatione. Argumentũ. xxii. q. v. h̃ vr. Et extra. De peni. c. Officiũ. Idé hosti. Et tenet̃ mulier satisfacẽ viro de ↄsumptis ab ip̃o filio. tenet̃ etiã dicta mulier heredibꝰ viri ab intestato: vel heredibꝰ scriptis: vl' qbꝰ verisimil'r credit viꝝ reliq̃sse q̃ si nescit: det pauꝑibꝰ. Idé dicit Inno. Que si nõ hȝ vñ restituat ⁊ hȝ ꝓbatões: qbꝰ p̃dicti successores releuarent̃ a dãno q̃ hñt: dȝ eas adducere: nisi gráde malũ eẽ ꝓuétuꝝ. Tunc. n. nõ dȝ facere: q2 minꝰ malũ est dãnũ reꝝ q̃ȝ ꝑiculũ corpoꝝ ⁊ aiaꝝ. Si ṽo nõ hȝ ꝓbationes: sileat. ij. q. vij. Pleriq̃ȝ. Hoc ẜm. d. Ray. ordis p̃dicatorum. Hosti. ⁊ Inno. O adulterij grandis malignitas: ex qua tot manifestissima peccata: ⁊ tot incõuenientia ⁊ scandala ꝓueniunt. ¶ Tertia malignitas adulterij dicit̃ punitõibus subiectiua. Est taȝ grande scelus ⁊ nephandissimuȝ vitiũ vt ad exterminatõeȝ eiꝰ multiplices accedãt punitões. dicit̃. n.

Leui.xx. Si mechatus qs fuerit cũ vxore alterius ⁊ adulteriũ ppetrauerit cũ ꝯiuge ꝓximi sui morte moriat̃ ⁊ mechus ⁊ adultera.hͨ ille. Et iõ scribe ⁊ pharisei inuẽta adultera dixerũt xp̄o.Jo.viij. Jn lege moyses mãdauit nobis huiusmõi lapidare Malach.iij.dr̃. Ero testis velox maleficis ⁊ adulteris. Sancta etiam romana ecclesia acriter adulteriũ punit. Nam .xxij.q.i. Predicãdũ. Et.xxxij.q.ij. Hoc ipsum.ƀm regulas antiq̃s p adulterio ponit pñiam.vij.annoꝝ q̃zuis huiusmodi etiã ꝓ alijs sit nunc in arbitrio ꝯfessoris. Huiusmodi adulteri sunt a deo excõicati semp ⁊ diuisi:sicut diuidũt ipi ꝯmatrimoniũ. Et licet de iure cõi ñ sint excõicati:tñ in aliquibus ecclesijs epalibus est lata sñia ꝯtra eos p synodales ꝯstitutiones. Et pseuerantes in adulterio debẽt excõicari. Puniunt etiã canones adulteros:ꝓhibentes reditõem debiti:cuz hoc certitudinaliter:ab vna partium noscitur. Quin amplius statuit ecclesia:ꝙ si in adulterio pseueret notorio:nullomõ reddere debeat debitũ:qui innocens ẽ:ne videatur fauere adulterio:sed desistat ab eo:vt Hiero.dicit. Et habetur.xxxij.q.i. Dixit dñs. Et tribus.c.seqñ. Quinimo ꝯtra volũtatem adulterij:vel adulteri:qui fidem castitatis seruat põt petere diuortiũ ⁊ nõ cohabitare cũ adultero ⁊ intrare monasteriuz.quando adulteriũ est notoriũ:vt notatur.xxvij.q.ij. Agathosa.cuz glo. Jn quibus tamẽ casibus nõ possit adultera accusari vel dimitti.d clarat Ray.⁊ habetur in Pisanella. Mrimoniũ.viij.parapho. Puniuntur etiã adulteri priuatõe sepulture ecclesiastice ƀm iura si i hoc vitio moriant̃. Leges insup ciuiles fulgura punitionis erga adulteros transmittunt. Nam ꝓpter adulteriũ ꝓbatum:vxor perdit dotem:vt patet in Autentico: vt liceat marito.parapho. Qui vero coll.viij. Cũ autẽ puella suscipit ꝓlẽ de adulterio priuat̃ dote sua. C. de repudijs.l. Cõsensu. Jtem oibus bonis viri debet priuari.non obstante cõtraria consuetudine.⁊ tam puella q̃z filij efficiuntur infames.di.lvi. Si gens anglorum. Quãuis leges ciuiles non ita puniant viros adulterantes cum solutis:sicut feminas adulterantes cum solutis viris. tamen secundum rectius iudicium ecclesie ita punitur vnus sicut alius:vt dicit Jnno.papa.xxxij.q.v. Christiana religio adulterium in vtroqz sexu:pari ratione condẽnat. verumtamen grauius sunt puniendi viri de adulterio quã

mulieres.xxxij.q.vi.c. Indignan tur. Et.c. Nó mechaberis. Uide totũ casum. Indignant mariti: si audiãt adulteros viros pendere: similes adulteris feminis penas: cũ tanto grauius eos puniri opor tuerit: quãto magis ad eos ptinet ꝛ virtute vincere ꝛ regere femi-nas: hec ibi. Et sunt verba Aug. in lib. de adulterinis ꝯiugijs. Pu nit etiã adulteriũ pena mortis. C. de adulterijs.l.q̃zuis. Perdit a-dulter famã: ꝛ adult a: quo nihil peius. Mõstrant digito. de illis dr̃ vulgariter: ꝙ faciũt fusi: torti: ꝛ ꝙ sunt cornuti. In summa nihil vi det magis famam maculare q̃z adulteriũ: hãc infamiã ne Lucre-tia romana pateret pacto adulte rio: q̃zuis inuita ꝯsensisset Sexto filio regis tarqni supbi: corã mul-tis seipsam occidit. Ne.n.esset ex emplũ feminis romanis: de aliq̃ macula ĩpudicitie: aut nota adul-terij: vocato marito ꝛ parẽtibus: violationem narrauit: qua relata: stillo corã oĩbus ĩpectore se pcu-tiẽs: ꝓpria manu se interemit. De hac habet ab Aug.li.i.de ci.d.c. xix. Ab Ouidio de fastis.ij. a Ti to liuio libro.i. de origine vrbis in fine Epithaphiũ aũt eius est tale. Cũ foderet gladio: castũ Lucre-tia pectus: sanguis ꝛ torrens egre deret ait. Testes ꝓcedãt me non fauisse tyrãno. Ante vir̃ sanguis spũs ãte deos. Quã bene ꝓducta ꝑ me: post fata loquentur. Alter apud manes: alter apud superos. Nõ excusant tñ ab infamia vel a culpa mulieres ꝯsentientes: vel ti more: vel verecũdia. vel paupta-te. vel infamatiõe. vel periculo ẽt mortis. Et ꝙ tales adulteri sint in fames pz.iij.q.v. Cõstituim⁹. Et ꝑ leges: nati ex adulterio priuant hereditate paterna. priuant digni tatibus tpalib⁹. ꝛ ꝓhibent huius modi a prelaturis ecclesiasticis. vt di.lvi.c. Si gẽs. Et q̃d plur. aadul ter a diabolo punit. Recitat eniz Petrus damianus. ꝙ apud par mẽsem vrbẽ. in vigilia scõꝝ Ger uasij ꝛ Protasij. Uir quidã mane surgẽs. boues suos ad remotiora pascua durit. Sz quidã vicin⁹ se virũ febricitãtẽ simulãs vroris le ctũ ingredit. Quẽ vror maritum existimãs admitiit. Eãqz ille vio-lans. statim recessit. Nec multo post. rediens maritus stratum re fecit. cui vror exprobans ait. Op time poteris hodie ecclesiam san ctorum martyrum que tibi conti gua est. cum ceteris christianis vi sitare. Ille attonitus ĩquirit quid loquatur. Et cuz rem ordinate co gnouissent. consternati sunt mẽte. illusionem cognoscentes. Reas-sumpto spiritu. deum exorant. vt

latentem adulterium detegat. τ ei iustam vindictam inferat. Mox adulter demone plenus. τ seipsuz lacerans ecclesiam intrauit. modo in altum se leuás. modo ad terrá. se grauissimo impetu precipitás. modo ad parieté. modo ad pauimétum. se prosternens. tandé infelicem animá. coram populo exalauit. h ibi. Ultimo ab eterno igne cruciatur. Infelix adulter. Osee vij. Omnes adulterantes q̃si clybanus succensus a coquente. ꝑme Cor. vi. An nescitis. q: iniqui regnũ dei nõ possidebunt. Nolite errare. Neqꝫ fornicarij. neqꝫ adulteri regnũ dei possidebũt. Ex his patet. nephandi vitij adulterorꝫ malignitas.



Ertio pricipaliter ↄsiderare debem⁹ adulterij specificationem. vtile τ per necessariuꝫ é scire τ intelligere in speciali. peccata mortalia. que circa adulterium cõmittunntur. vt miser adulter plenius ↄfiteri possit. Ideo duodeciꝫ modos ponemus in quibus adulteriuꝫ cómittitur. ¶ Primus modus dicitur cogitatiuus. Cum aliquis vxoratus non ↄtentus de ꝓpria: vel quia non est ita pulchra: vel q: est infirma: vel nõ ita iuuenis: vel alio respectu: cogitat carnaliter cum delactatione de alia femina vxorata: vel non vxorata: peccat mortaliter quotiens aduertenter cogitat: etiá si nollet venire vel nõ posset venire ad actũ. Similiter peccat mulier vxorata cogitans: vt dictuꝫ est: de viro alio maritato vel non maritato: quacũqꝫ de causa moueatur ad cogitandum: vel propter turpitudineꝫ viri: vel propter senectuteꝫ τ huiusmodi: τ dicit adulterium cum cogitatiõe morosa. Mat. xv. De corde exeunt adulteria. ¶ Secundus modus adulterij est locutiu⁹. Cum vxoratus turpiter τ impudice cum delectatione venerea cõpleta ratione loquitur de aliqua femina maritata: vel cantat aut sonat modo predicto: semꝑ peccat mortaliter. Similiter vxorata loquens modo declarato de alio viro peccat mortaliter τ committit adulterium cum ore. Nam vt ait .s. Doc. scda scde. q. lxxiij. Peccata vborꝫ maxime iudicanda sunt ꝫm intentionem dicentis. ¶ Tertius modus adulterij est visiuus. Cum vxoratus respicit aliam mulierem: τ in illis aspectibus carnaliter delectatur aduertenter τ cũ consensu rationis peccat mortaliter: quotiens id agit: τ committit adulterium cuꝫ oculis. Similiter vxorata illo modo respiciés: pec-

cat mortaliter: ꝛ adulteriū cū oculis cōmittit.ij.pe.ij. Oculos habētes plenos adulterij. Ideo xp̄us. Mat.v. Si oculus tuus scandalizat te: erue eū ꝛ proijce abs te. ¶ Quartus modus adulterij ē auditiuꝰ. Cū vxoratꝰ vel vxorata libenter ꝛ delectanter audit v̄ba amoris ꝛ turpia preter matrimoniū: de alio vel de alia: peccat mortaliter. Et est adulterium cōmissuʒ cum aure: que ad huiusmodi leta erigit: ꝛ ad dei v̄ba sepe fastidit. vnde Ecclesi.xxviij. Sepi aures tuas spinis: ꝛ linguam neq̄ꝫ noli audire: ꝛ ori tuo facito hostia: ꝛ seras aurībꝰ tuis. ¶ Quintꝰ modus ē odoratiuus. Cū vxoratꝰ vel vxorata prouocat ex odore alteriꝰ viri: vel alterius femine: ad turpia ꝛ imunda extra matrimoniū cū ꝯsensu rationis: est semp peccatuʒ mortale. Et est adulterium cuʒ nare. Talibꝰ cōminat deꝰ Isa.iij. Erit p suaui odore fetor. ¶ Sextus modus adulterij est gulositiuus. Cū vxoratus vel vxorata comedit ꝛ bibit vel accipit aromata vel calida vt se puocet ad actus turpes ꝛ carnales cōmotiōes extra matrimoniū secum vel cū alio vel alia: peccat mortaliter: ꝛ est adulteriuʒ cum gustu.ij.pe.ij. De litijs affluentes in conuiuijs suis luxuriantes. Et Osee.iiij. Comedent ꝛ nō saturabunt. ¶ Septimus modus adulterij est contactiuus. Cum vxoratus vel vxorata tangit se vel masculum vel feminā cū delectatōe carnali extra matrimoniū: peccat mortaliter: ꝛ est adulteriū cuʒ tactu. Hinc. Isa.lix. Manꝰ.n. v̄re pollute sunt sanguine. ¶ Octauꝰ modꝰ adulterij est associatiuꝰ. Cū aliq̄s associat aliquē, vel aliquā ad adulteriū: vl' cōsulit. vel adiuuat. vel est mediꝰ p̄ ābasiatas. vel nutus. vl' facit ascortā: peccat semp mortal'r: ꝛ dr̄ adulterium associatiuū: q: est sociꝰ ꝛ ꝯsentiēs crimi. Ro.i. Digni sunt morte: nō solū q̄ faciūt: sꝫ etiā q cōsentiūt faciētibꝰ. ¶ Nonꝰ modꝰ adulterij dr̄ vestitiuꝰ. Cū vxoratꝰ vel vxorata supflue se ornant ad placenduʒ carnaliter alijs: peccat mortaliter. Et dr̄ adulteriū cū ornatu. De huiusmōi dr̄. Prouer.vij. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio p̄pata ad ɔcipiēdas aīas. ¶ Decimꝰ modꝰ adulterij ē opatiuꝰ. Cū aliq̄s vxoratꝰ cum vxorata: actual'r p̄ficit opꝰ ihonestū: peccat mortal'r. Et dr̄ adulteriū duplex: q: āбo sunt mr̄imonio ꝯiūcti. Si āt vna ps solū ē in mr̄imonio: dr̄ adulteriū simplex: sil'r de vxorata dicēdū ē cōmittēte actual'r opꝰ. Et dr̄ adlteriū cū ope. vn̄. Eccl'.xxiij. Adulterio fornica-

ta é: ⁊ ex alio viro filios statuit sibi ¶ Undecim⁹ mod⁹ adulterij est appetitiu⁹. Cū vxorat⁹ exñs cū ꝓpria carnalr: aliā appetit: vl' ꝺ alia cogitat: vl' cū tali esse vellet: q̄ nō é ei vxor: tal' peccat mortalr: ⁊ est adulter: q: vxoré nō cognoscit vt vxoré: sꝫ vt adulterá. vñ Hiero. ꝯ Iouinianū. Nihil é fedi⁹ q̄ꝫ vxoré amare velut adulterá. Silr cū vxor exñs cū viro: vellet eé cum alio sic cū suo: peccat mortalr. Et vocat adulteriū cū appetitu alteri⁹. sic. d. d. Anto. ¶ Xij. modus adulterij é repugnatiu⁹. Cū vxorat⁹ vl' vxorata exeūt termios mr̄imonij seminátes i loco vl' mō repugnáti hūane gn̄ōtioni: é mor'le pctm̄: ⁊ adulteriū g̃uissimū: ãplius q̄ꝫ peccare cū ꝓp̄a mr̄e mō nāli: vt pꝫ. xxxij. q. vij. c. Adulterij. Et iste mod⁹ é ille de quo Amb. lib. ꝺ p̄triarcis. Et. xxxij. q. iiij. Nemo Nec h̄ solū é adulteriū: cū aliena peccare ꝯiuge: sꝫ oé q̄ꝺ nō hꝫ ptá tem ꝯiugij: tn̄ loc⁹ iste docet graui⁹ eé crimé: vbi celebrati ꝯiugij iura temerant: ⁊ vxoris pudor sol uit: hec ille. Immo forti⁹ ꝭm Lau rétiū ⁊ Ugoné: vxor pót eū dimit tere si ip̄a nō fuerit i culpa. d. Albertus dicit i. ij. sen. ꝙ aliqñ vten tes mr̄imonio: mutátes situm pp delectationé: ońdunt signa mortal' ꝯcupiscétie. O quot illiciti tactus accidūt: in qb⁹ etiá vxorati si itendunt explere ⁊ finire libidiné: mortaliter peccát: vt inq̄t. d. Antoni⁹. O quot bestialia: quot solacia inhonesta: quot nephandissima scelera. Miror summope ꝙ terra nō aperiat ⁊ submergat vos ⁊ lectū ⁊ linteamina: ⁊ ceruicalia ⁊ cetera adiacentia. O fedissimi adulterij. O spurcissimi homines. O fetissime bestie: cur sanctū matrimoniū tā temere violatis: tam ipudenter maculatis: laceratis: dissipatis: Inter vos iacet diabolus in medio vestruꝫ stat: remouet verecundiam: suggerit delectaméta concitat animas vestras ⁊ corpora ad spurcitiam. O intolerabilis fetor: qui spargit in mane per domum: per vicinatum: per plateas: per ecclesias. Sentiunt angeli: sentiunt sancti viri vestrum fetorem: sentiunt putredinem luxuriarum: adulteriorum. O nephādissimi adulteri: bene de vobis dixit Ieremias. c. xxiij. Cōtritum est cor meuꝫ in medio mei: contremuerunt oīa ossa mea. Fact⁹ sum quasi vir ebrius: ⁊ quasi hō madidus a vino: a facie dn̄i: ⁊ a facie vborūꝫ sanctoꝝ eius: q: adulterijs repleta est terra: hec ille. Corrigite igitur vos. Emédate vos. Auferte tm̄ fetorem a vobis. Si sic correxeritis vos christus iesus

dilectissimus sponsus animarum dabit hic gratiam vobis ⁊ gloriaȝ in futuro. Amen.

¶ Feria.v.scde dominice. De gula. Sermo.xxiij.



Epulabatur quotti die splédide. Luc. xvi. Multi sunt in hac infelici misaqȝ vita q neglecta sancta abstinentia: solis cómessationibus ⁊ ebrietatibus semetipsos immergunt: quos Paulus apostolus lachrymabiliter deflens in epistola Phili.iij.ita aiebat. Multi enim ambulát quo sepe dicebam vobis: nunc aūté ⁊ flens dico inimicos crucis xpi: quoruȝ finis interitus: quorum deus venter é: ⁊ gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiūt. Tales vero si oculos aperirent: intelligerentqȝ penam: gulosis epulonib⁹: ebriosisqȝ preparatam: profecto sancte abstinentie viá amplecterentur: ne ad tartareas penas descéderent cum diuite epulone: q epulabat quotti die splendide: vt inquiunt verba hodierni euágelij. In quo tria documenta habemus. ¶ Primum documentum est q̄ illi qui in hoc mundo voluptuose ⁊ splédide viunnt sepeliuntur in inferno: ⁊ illi qui sunt abstinentes ⁊ pauperes: portantur ab angelis in vitaȝ beatam. Hoc tangitur prima pte euágelij ibi. Homo quidam erat diues ⁊c. ¶ Scdm documentū est q̄ illi qui sempiternaliter sunt dānati nullo modo obtinere possunt guttam aque.i.minimam subleuationem a pena infernali. Hoc patet scda par.ibi. Pater abraá ⁊c. ¶ Tertiū documentū est q̄ pena damnatorum augetur ex damnatione eorum quos in vita presenti scandalizauerunt. Hoc patet.iij.p. euangelij ibi. Rogo te. Mitte eum in domū patris mei ⁊c. Jō quilibet debet cauere a proximi scandalizatione ⁊ a pctó gule: pp quod diues epulo in inferno sepultus est. De quo gule peccato tria hoc mane videbimus.

Nam legitur ſecundi Roma.vltimo capitulo. q̄ Dauid elatus in ſuperbiam populum ſibi ſubditum dinumerare fecit. Quo facto:miſit ad eum dominus pꝛophetam Gad.dicentem. Trium tibi datur optio:elige vnum qd̄ volueris ex hijs:vt faciam tibi: aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua:aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos:⁊ illi te perſequentur:aut terre tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.Dauid autem arctatus peſtilentiam elegit:per quam a mane vſque ad tempus ſacrificij veſpertini:moꝛtui ſunt ſeptuaginta milia virorum. In paralipomenon.vero trecenta milia:p ut narrat hiſtoꝛia ſcolaſtica:adducens hebꝛeos qui dicunt.ibi loq̄

de nobilibus nũ: sed de plebeis: sunt. ccc. milia. Videns aũt David: gladio evaginato: angelũ cedentẽ populũ suspexit i celũ ⁊ dixit. Ego sum qui peccavi: ⁊ ego iniqȝ egi. Isti qui oves sunt: quid fecerũt? O severa dei iusticia. O aspera punitio. O crudelissima vindicta. Si. n. ꝑpter vnũ peccatũ: angelus in tam brevi spacio interfecit trecẽta milia viroꝝ: quid faciet ergo vobis miseri: q tot peccata: tam infinita ⁊ inumerabilia scelera committitis?



Ertio principaliter ꝯsiderare debem⁹ ire dei evasionem. Querit hic vtruȝ peccatores valeãt iram dei evadere. Huic petitioni rñdẽs dico: ꝙ tanta tãqȝ severissima ira: sceuit deꝰ ops i puniẽdo peccatores: vt nullus vnq̄ȝ extiterit tãte excellentie: fortune: aut potestatis: q manuȝ sue ire potuerit effugere. Exẽplis hoc cõprobabimus vt res clarius itelligat. Põpeius civis romanus potẽtissim⁹ q̇ totã Asiã romano subiugavit iperio: ⁊ sepius triũphavit: ⁊ inter alios triũphos quos gessit trigintasex reges ante currũ: manibus post terga ligatis: maxima cũ glia duxit. Inter quos fuit Mitridates rex potẽtissimus: iraȝ dei effugere nõ potuit. Naȝ a satellitibus Ptolomei: regis egypti: dũ fugeret Cesarẽ: decapitatus ẽ: de hoc Plutarch⁹. Crassus civis romanus: ditissimus ⁊ potentissimus: vnus de triũviris: sensit irã dei: qñ a parthis mirabiliter mortu⁹ est: dũ bellũ ageret ꝯ illos. Cui dictũ est. Sanguinẽ sitisti: sanguineȝ bibe. De hoc Plutarch⁹. Marius similiter quo victrix totiẽs cõsule Roma fuit: qui de Cymbris ⁊ de Jugurta rege triũphavit iram dei sensit: dum a Roma exulavit: ⁊ morte vilissima affectus est: hec Plutarchus. Scylla similiter: qui dictator roman⁹ fuit: quod officiũ maius rome: ⁊ qui illariuȝ devicit ⁊ exulare fecit: turpissima morte affectus: ire dei evidentissimum indicium fuit. Plutarchus. Scipio africanus: similiter iram dei sensit. quando post subactam Carthaginem romano imperio: a Roma tamen exulavit: hec Titus Livius. Scipio item africanus secũdus. qui Carthaginem ipsam funditus evertit. iram dei sensit. quãdo Rome triumphans de habita victoria die sequenti mortuus inventus ẽ. hec Titus Livius. Hãnibal Carthaginensis. ire dei testimonium evidens fuit. quando post multas victorias habitas ꝯtra romanos:

⁊ maxime post Cānensem victo-
riam qua oēm vim romanoꝝ ꝓ
strauit: ita vt modiū vnū anulo-
rum Carthaginē miserit: in signū
maxime victorie habite: qua vi-
ctoria ita elatus est: vt dixisse ꝑhi
beatur. Actum nihil est: nisi peno
milite: portas frāgimus: ⁊ media
vexillum pono suburra. Demū
superatus a Scipione: cum tandē
romani: eum insequerent: anulo
quē apud se habebat venenato:
ori apposito: vitam miserabiliter
finiuit: hec Titus Liuius: ⁊ Iuue
nalis. Xerses quoq͡ rex ꝑsaꝝ: qui
aduersus greciam veniens: exer-
citum magnum duxit. In quo vt
dicit Iustinus libro.ij. habuit se-
ptingenta milia de regno: ⁊ trecē
ta milia ꝺ auxilijs. Naues quoq͡
decies centum milia: vt non ime-
rito proditum sit: ab exercitu eius
flumina siccata. Qui tanta super
bia ducebatur: vt veluti esset do
minus nature: montes in planū
deduceret: ⁊ ꝯuexa valliū equa-
ret: ⁊ quedam maria ad nauiga-
tionis commodum: per compen-
dium ducebat. Huiusmodi talis
⁊ tātus: iram dei sensit. Nam su-
peratus ⁊ deuictus: miserabiliter
sola naui reuersus effugit: ⁊ tan-
dem contēptus a suis: propter bel
lum infeliciter gestum ab Artha-
bano eius ꝑfecto occisus est. hec
Iustinus. Milciades quoque
atheniensis dux fortissimus post
gloriosam victoriā habitam ꝯtra
Darium regē persaꝝ: ⁊ post ho
norem maximū inde consequutū
iram dei sensit: quādo ab atheniē
sibus condēnatus: q̄nquaginta ta
lētis: que dum persoluere nō po
tuit: in vincula publica coniectus:
ibi diem obijt supremū. hic Emi
lius ꝓbus. Temistocles etiā dux
atheniensis clarissimus: cuius au
ctoritate ⁊ prudentia. Xerses rex
persaꝝ deuictus: ⁊ expulsus ē: irā
dei sensit: quando a ciuibus suis:
exilio damnatus est: ⁊ tandem: vt
aliquibꝰ placet: veneno sumpto:
sua sponte mortuus est. hec Emi-
lius probus. Pausanias simili-
ter: dux lacedemoniꝰ: quo duce:
Mardonius gener regis persa
rum: cum ducentis milibus pedi
tum: ⁊ viginti milibus equitum:
superatus est: ire dei testimonium
prebuit: quādo dum in templo fu
gisset: vt mortē euaderet: ibi clau
sus sub Cliuo: mori passus est: ꝭ
Emilius probus. Sed quid in lō
gum sermonem protraho: Iram
iustissimi dei: nullus vnq͡ pecca-
tor euasit. Non Lucifer cum suis
sequacibus. Non primi parētes.
Non gigantes viri robustissimi.
Nō Membroth edificans tur-
rem. Non totum genus huma-

nuz: quin aquis diluuij fuerit sub-
mersum. paucis. idest octo exce
ptis. Non Madiam cum tam i-
uumerabili exercitu: qui erat sicut
arena maris. Naz omnes a Ge
deone fuerunt destructi. Judic.
vij. c. Non reges. Non impera-
tores. Non tyrāni. Non domini.
Non crudeles. Non parui. Nō
magni. Nullus pōt a diuino fu-
rore se abscondere. Nemo potest
subterfugere. Nullus euadere.
Jra siquidem tremēdi dei punit:
flagellat: dispdit ꝛ anihilat. vnde
ipse ait. Deutero. xxxij. Ego occi
dam ꝛ ego viuere faciam: percu-
tiam. ꝛ ego sanabo: ꝛ non est qui
de manu mea possit eruere. Et ex
hoc tremens Dauid: aiebat. ps.
cix. Si ascendero in celum tu illic
es: si descēdero ad infernuz ades.
Si sumpsero pēnas meas dilu-
culo ꝛ habitauero i extremis ma
ris. Et enim illuc manus tua de-
ducet me ꝛ tenebit me dextera
tua. hec ille. Cur igitur: O miseri
peccatores potentissimi dei prece
pta contēnitis: Cur in tot vitijs ꝛ
sceleribus obstinati perduratis:
Cur dyabolica superbia cecati
inceditis: Cur non humiliamini
sub potenti manu dei: vt eius irā
furorem: vindictam effugere pos
sitis: Expergiscimini iam: ꝛ vias
vestras ita dirigite: mores cōpo-
nite: ceruicem flectite: vt vobis
deum placare valeatis: qui viuit
ꝛ regnat: per omnia secula seculo
rum. Amen.

¶ Feria secunda tertie Dñice
De purgatorio. Sermo. xxvij.



Ac ꝛ hec in patria
tua. Luč. iiij. Tāta
est pulchritudo cele
stis patrie vt in illā
nihil maculatum: ni
hil coinquinatum intrare possit:
testante hoc Johanne in Apoca.
.xxi. vbi ait. Non intrabit in ea
aliquid coinquinatum. Et cum ne
mo in hac vita: absq3 veniali pec
cato viuere possit: necesse ē: si ad
celestem patriam ascēdere cupit:
vt purgetur in hoc mundo vel in
fornace purgatorij. Nec quisq3
debet in amicis. parētibus. filijs.
beniuolis. ꝛ amantibus suā spem
ponere. Sed dum in mundo po
situs est. studeat bonis operibus.
peccata redimere. Ad hoc enim
in hac nr̄a patria terrena positi
sumus. vt per bona opera. cone-
mur purgatorij penas euadere.
Et hoc est quod iquit thema. Fac
ꝛ hec supple bona opera: i patria
tua: ꝛ sunt verba hodierni euāge
lij. In quo tria habem9 documē
ta. ¶ Primum documentum est
ꝙ qlibet debet honorare patriaz

uam: in qua natus τ nutritus est: iuxta partem primam euangelij: in qua dicitur.. Quanta audiuimus facta τc. ¶ Secundum documentum est: q divina pietas: semp prouidet bonis: dato q sint inter malos constituti. Hoc patet secunda euangelij parte vbi dicit de Helia q fuit missus ad mulierem viduam in sarepta: a qua fuit sibi prouisum. ¶ Tertium documentum est: q ira facit hominem peiorem dyabolo. Nam dyabol9 duxit xpm super montez excelsuz: de quo non fuit ausus illum preci pitare: sed iudei irati: ipsum salua torem: duxerunt ad superciliũ mõ tis: vt ipsuz precipitarent. Hoc tã gitur. ibi. Repleti sunt omnes in synagoga ira. Quasi quis offen derit: studeat in hoc mundo satisfacere: ne post ea puniendus ad purgatorium descendat. De quo purgatorio tria hoc mane considerabimus.

¶ Primo purgatorij verificationem.

¶ Secundo purgatorij punitionem.

¶ Tertio purgatorij subleuationem.

¶ Primo considerabimus purgatorij verificationem. s. Utrum sit purgatorium. Ad hec respondet omnis theologoꝝ scola: τ q̃z maxime. s. Tho. d. Petrus de taran. d. Petrus de palu. dominus Albertus magnus. sanctus Bonauentura. Ricardus de media villa: sed permaxime sanc. Boc. in. iiij. senten. di. xxi. ar. primo. q. i. in responsione principali: q purgatorium omnino τ infallibiliter reperitur. Hec cõclusio est vera fidelis. τ catholica. Quam conclusionẽ triplici rõne declaro.

¶ Primo ratione perfectionis.

¶ Scđo ratione reuelationis.

¶ Tertio ratione distinctionis.

¶ Primo dico q purgatorium est omnino: ratione perfectionis. dicit. s. Boc. pte prima. q. iiij. ar. primo. In corpore questionis. Et phylosophus. xij. Metha. Primum principium quod est deus: oportet esse perfectissimum. Et Lactãtius libro primo. c. iij. dicit. Deus vero: si perfectus est: q: p fectus est: vt esse debet: nõ potest esse: nisi vnus: vt in eo sint omnia Hoc idez testat Diony. de diuis no. c. iiij. d. Deus pre oib9 modis est perfectus: ergo opera dei sunt perfecta. vnde Deute. xxxij. c. dicit Moyses. Dei perfecta sunt opa. Perfectum aũt tunc vnumquodqz est: cum sibi nihil deest: sm modũ sue perfectionis: vt patet p Phm. v. Metha. Et. iij. Phy. Nulla eniz res destituitur a ppria

operatione: vt in primo de celo.
Et.iiij.metha. Tunc ſic. Si pur-
gatorium non eſſet. opera dei eſ-
ſent imperfecta: quia eſſent ſine iu
ſtitia que exigit, vt peccata punian
tur: vt dicit.ſ. Tho. in.iiij. di.xxi.
ar.i. Si enim per contritioné de-
leta culpa: non tollatur ex toto rea
tus pene: nec etiam ſemper venia
lia: dimiſſis mortalibus tolluntur
Oportet ꝙ ille qui poſt cõtritioné
de peccato ⁊ abſolutionem: dece-
dit ante ſatiſſactionem: poſt hanc
vitam puniatur. Et talis punitio fi
et in purgatorio. Unde qui negat
purgatorium: contra iuſtitiam di-
uinam loquitur: quod eſt erroneũ
⁊ a fide alienum. h.ſ. Tho. Unde
Plato in phedõne. Si igitur de
functi medium cõpariuntur in vi
ta tenuiſſe: ſua quiq̃ vehicula aſcẽ
dentes: ⁊ ſup his delati: ad paludé
perueniũt acheruſiã: ibi habitãt in-
iuriaꝝ penas dãtes. et cum puri-
ficati ſunt abſoluuntur: ⁊ recte fa-
ctorum digna premia reportant. h
ille. ¶ Scđo dico ꝙ purgatorium
eſt ratione reuelationis. Chriſtus
verus deus ⁊ verus homo: pur-
gatorium omnino eſſe reuelauit:
vt clare habet, Mat.xij.c. ſic di.
Qui dixerit verbum contra ſpiri
tum ſanctũ: nõ remittetur ei: neq̃
in hoc ſeculo neq̃ in futuro. Un-
de Grego.iiij. dyalogoꝝ. Et in de

cretis.di.xxv.c. Qualis. ſic dicit.
Hac ſententia datur intelligi qua
dam culpas in hoc ſeculo: quaſdã
in futuro poſſe relaxari. Quod
enim de vno negatur cõſequẽs in
tellectui patet: quia de quibuſdam
conceditur. h ille. Et.xv.q.iij. Ex
eo.xxiij.q.v. Quid ſit.d.xlv. Di-
ſciplina.ff. de iuditijs.l. cũ pretor.
Ex quibus colligitur ꝙ duplex eſt
locus remiſſionis peccatorũ. Un9
in hoc mundo: ⁊ alius in futuro.
Et tale eſt purgatoriũ. Et Mat.
v. Eſto cõſentiẽs aduerſario tuo
cito: dum es in via cum eo: ne for
te tradat te aduerſarius iudici: ⁊
iudex tradat te miniſtro: ⁊ in carce
rem mittaris. Amen dico tibi non
exies inde: donec nouiſſimũ qua-
drantem reddas. h ille. Non in-
bet deus aliquem peccatorem in
hoc mundo in carcerem poni ſed
in alio.i. in purgatorio: ⁊ ibi ſtabit
vſq̃ ad plenam ſatiſſactionem: ⁊
tunc exibit: quod non põt intelligi
de incarceratis in inferno: ⁊ hoc
quia non ſatiſſecit dum erat in vi
ta.i. in hoc mundo. Et Paulus
gentium doc.i. cor.iij.c. dicit. Si
quis autem ſuperedificat ſupra
fundamentum hoc: aurum: ar-
gentum: lapides precioſos: ligna
fenum: ſtipulam: vniuſcuiuſq̃
opus manifeſtum erit. Dies enim
domini declarabit: q: in igne reue

labitur: ⁊ vniuscuiusqꝫ opus qua
le sit: ignis probabit. Si cuius opus
manserit ꝙ superedificauit merce
dem accipiet. Si cuius opus arse
rit detrimentum patietur: ipse autẽ
saluus erit: sic tamen quasi p ignẽ.
hoc est per ignem purgatorij. Et
ij. macha. xij. Considerabat. s. Iu
das machabeus. ꝙ hi qui cũ pie
tate dormitionẽ acceperant: opti-
mam habere repositam gratiaꝫ.
Sancta ergo ⁊ salubris est cogita
tio pro defunctis exorare vt a pec
catis soluantur. h ibi. Unde Gre.
nizãcenus dicit. Si aliqs i xpo g[illegible]ni
co consentiens in hac vita: purga
re peccata minus poterit: post trã
situm hinc per purgatorij ignis cõ
flationem expeditur. Hoc predi-
camus dogma veritatis seruãtes.
hoc credimus. h ille. Propterea
sancta mater ecclesia a spiritu san
cto directa: que errare nõ potest:
orat vniuersaliter pro defunctis:
non pro illis qui sunt in inferno: q2
ibi nulla est redemptio. Non pro
illis qui sunt in gloria: quia non in-
digent. Non pro existentibus in
lymbo: quia non sunt incorporati
christo per baptismum: ergo pro
illis qui purgantur. ergo est pur-
gatoriuꝫ. ¶ Tertio dico ꝙ ẽ pur
gatorium ratione distinctionis ali
qui ingrediuntur ex hoc seculo cũ
peccato originali: ⁊ istis diuina iu
stitia prouidit quendam locũ: qui
vocatur lymbus puerorum: vbi
nullam penam sensus habent: nisi
penam damni: quia. s. nunquaꝫ vi
debunt diuinam essentiam. Ali-
qui egrediuntur cũ peccato mor-
tali. Et istis diuina iustitia depu-
tauit supplicium eternuꝫ: vbi eter
naliter cruciabuntur sine aliqua
spe liberationis. Aliqui transe-
unt sine peccato veniali ⁊ sine pec
cato mortali: ⁊ sine aliqua obliga-
tione satisfactiõis. tales directe ad
paradisum volant. Aliqui transe-
unt cum peccato veniali. Et istis
non debetur infernus: quia pro
peccato veniali nullus damnatur:
nec possunt ingredi paradisum: q2
vt scribitur Apoc. xxi. Non in-
trabit in ea aliquid coinquinatuꝫ.
Nec lymbum puerorum: quia lo
cus ille tm̃ pueris cum originali
mortuis est ordinatus. Nec lym-
bum sanctorum patrum: quia ille
locus totus vacuus post mortem
christi remansit. ergo est necesse
ꝙ sit aliquis alius locus in quo
purgentur peccata venialia: qui-
bus purgatis anima possit ingre-
di paradisum. Sunt ⁊ alij qui tran
seunt in charitate: qui post multa
peccata mortalia fuerunt contriti
⁊ confessi: sed non fecerunt tantaꝫ
panitentiam quantam debebant:
quia pro quolibet peccato mortali

debet imponi penitentia septez annorum: vt. xxxiij. q. ij. Hoc ipsum xxij. q. i. Predicandum. xxvij. q. i. Deuotam. ꝛ di. lxxij. Prebyter. vbi dicitur. Malorum criminuz penitentia septem annorum spacio cõcludatur: isti nõ possunt intrare paradisum: quia non satisfecerunt: non debent damnari: quia sunt in charitate per contritionez ꝛ confessionem prehabitam: non in lymbo puerorum: nec sanctorum patrum. ergo necessario concludendum est: ꝙ sit locus purgationis in quo tales purgabuntur vsqz ad minimum quadrantem: ẜm ꝙ diuina exigit iustitia. Appa ret igitur tribus rõnibus supradictis: ꝙ omnino in alio mundo est locus purgationis. De quo purgatorio habetur figura in veteri testamento: vt patet ꝙ inter egyptum ꝛ terram promissionis manantem lacte ꝛ melle est desertum medium. Egyptus que interpretatur tenebra figurat infernũ. Terra promissionis significat gloriam paradisi. Desertum vero denotat purgatorium. Et licet multa exempla possint adduci ad probandum purgatorium: tamen vnũ tñ accipe. Habetur enim in vitis fratruz nr̃oruz de penis purgatorij in principio. Qđ duo fratres quorum vnus nouitius alter ꝑdicator erat antiquus in conuentu Colonensi. eodem die defuncti sunt. Tertia vero die post ħ nouitius gaudẽs infirmario apparuit: vt ipse retulit dicens ꝙ propter feruorem conuersionis quem habuit: ita cito purgatus ẽ. Post mensem autem predicator predictus infirmario eidem apparuit gloriosus: pulcherrimum monile habens in pectore: ꝛ multos lapides preciosos in veste: ꝛ auream atqz coronam in capite. Cũqz frater quereret ab eo: Cur nouitius cito: ꝛ ħ tarde purgatus fuerat: ꝛ quid illa insignia portabant. rñdit. Ego propter familiaritates secularium ꝛ verba solatij: diutius in purgatorio fui: ẜ; maiorem gloriam sum adeptus. Monile significat rectam intẽtionem in deum: lapides preciosi animas quas conuerti: corona ineffabilem gloriam: quam a domino sum adeptus. Et sic purgatus ad paradisum indubitanter euolauit. Et ita patet prima pars principalis. ꝙ. s. purgatorium est ad expiationem animarum que alicui pene obnoxie decedunt.


Secundo principaliter considerare debemus purgatorij punitionez. s. vtrum pena qua puniuntur illi qui sunt in purga-

torio:sit maxima penarum. Rńdit s. Tho.in.iiij.sen.di.xxi.ar.i.dicēs Pena purgatorij excedit omnem penam temporalem huius vite. Pro cuius declaratione:nota q̄ magna est vis atq̄ potentia intel lectus vt dicit philosophus in.iij. de anima. Nam potest omnia in telligere. Magna est potentia vi sus.pōt enim omnia colorata vide re vt dicit philosophus in.ij. de anima.primo de sen.⁊ sensa. ⁊.iij. de anima. Magna est potentia auditus que diuersos audit sonos ⁊ melodias:vt philosophus dicit ij.de anima ⁊.ij.metha.⁊ de sen.⁊ sensa. Magna est vis ⁊ potētia aliorū sensuū. Nam per eos rer̄ species atq̄ similitudines intrant in animam.vt declarat philoso phus.iij.de anima.⁊ de sen. ⁊ sen sa.⁊ in.i.⁊.ij.poste. ⁊ in.i. metha. Et tamen nullus humanus intel lectus cū sua potentia:dum corpo ri in hoc mundo coniunctus est: potest intelligere magnitudinem atq̄ acerbitatem pene purgatorij nullus visus vidit:nullus auditus audiuit:nullus sensus percepit nec pcipere potest. O: pensa adūque quanta e grande:quanta e dura: quanta e afflictiua:quanta e spauē tosa la pena del purgatorio. Ma gna fuit pena Bartholamei dum decoriebatur. Magna pena Lau rentij. Magna fuit pena Vincē tij martyris. Magna fuit pena Petri martyris. Magne fuerūt pene aliorum martyrum: sed ni hil fuerunt respectu minime pene purgatorij. Unde sanct⁹ Doc. in iiij.distin.vbi supra.q.iij. dicit. q̄ in purgatorio erit duplex pena. Una damni inquantum.s. retar dantur a diuina visione. Alia sen sus:s̄m q̄ ab igne corporali puni entur. Et quantum ad vtranq̄ pe na purgatorij minima excedit ma ximam penam huius vite. Et hoc triplici ratione declaratur.

¶ Primo. ratione auiditatis.

¶ Secundo. ratione generali tatis.

¶ Tertio. ratione nobilitatis.

Et primo ratione auiditatis.sic. Quanto aliquod bonum magis desideratur:tanto eius absentia ē molestior ⁊ durior. Patet per re gulam:topicam in.ij.⁊.iij. Topico rum.sed nullum bonum ita arden ter ⁊ affectuose desideratur in hac vita.sicut anima separata.in chari tate existens ardenter desiderat vi dere deum suum glorificatorem: ⁊ coniungere se sue maiestati.er go priuatio ⁊ absentia ⁊ carentia tanti boni maxime cruciat ⁊ tor mentat animam. Unde Prouer. xiij.c. Spes que differtur ⁊ affli git aīam. ¶ Scdō dico q̄ pena

purgatorij e durior. Sicut bonũ: quáto est cõiũs: tanto est maius & diuinius: vt patet p Phm.i.Ethi cor. Sed anima separata que est in fornace purgatorij: tota punit: cũ sit simplex & indiuisibilis & nõ cõposita: neqz partibilis: vt probat Phs in primo de aĩa. Non est ita de corpore. Naz corpus nõ totum simul punit: qr est diuisibile: sed patit in ea parte in qua ledit: nisi per quandam colligationem neruorũ. Nam si leditur in brachio: in eo patit: & nõ in alijs mẽbris. ergo illa pena que est aĩe separate i purgatorio existentis ẽ maxima & itẽtissima oĩum penarũ corporaliũ. ¶ Tertio ratione nobilitatis. sic. Quanto aliquid ẽ natura nobilius. Tanto eidem i/positis plagis magis punit & cruciatur: vt vult Phs. de sen. & sen. Et in.ij. de aĩa. c. gustabile autem. Sed aĩa respectu corporis est nobilissima: vt declarat. Phs. xvij. de animalibus. d. Anima est nobilior omni corpore: animatũ in animato: viuũ mortuo: ens non ente. Et primo Ethi. dicit. Bona anime maxie sunt bona. Et. vi. Topi. dicit. Anima melior est corpore: & anime bonum oĩbus bonis. Hoc idem dicit in.ij. & .iij. de anima. ergo pena qua punitur & cruciatur anima in purgatorio est maxima omniũ corporalium penarũ. Al/tius dico vm.n.s. Doc.in.iij.pte. q.xlvi.ar.vi. Dolor christi in passione fuit dolor maximus: & tamẽ pena purgatorij: tam est dura & afflictiua: q excedit dolorem passionis christi: vt patet p eundẽ doc. q. vbi supra ad tertium. Considera ergo: che pena: quale: doglia: quanto dolore: quanto tormento: quanto incendio e brusamento pa tiuntur ille paupcule anime que sunt incarcerate & detruse in illo igne purgatorij. Audi Augustinũ vt habet in decretis. de pe. d. vij. in fine. Prius purgandus ẽ igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructũ conuersionis. Hic ignis. etsi eternus non sit. miro tñ modo grauis est. Superat enim omnem penam quã vnqz passus est aliquis in hac vita.. Nunqz in carne: tanta inuenta est pena: licet martyres mirabilia passi sint tormenta: & multi nequiter qñta sepe sustinuerũt supplicia. Studeat ergo quisqz sic delicta corrigere: vt post mortem non oporteat penaz tollerare. hec ille. Sed quia exempla magis mouent: audi mirabile exemplũ. Legitur in uitis fratruz ordinis nostri. q quidaz frater noster post mortem apparuit cuidaz suo amico qui erat aduocatus a quo aduocato iterogratus dixit q

erat in purgatorio. Interrogatus quanta erat pena purgatorij. Rñdit ꝙ ſi mundus ⁊ omnia viſibilia in eo arderent: non poſſent eq̃parari ardori ⁊ pene purgatorij. Audi aliud exemplum. Abbas quidam veniens ad mortem carnali amore ductus conſuluit qꝫ nepos ſuus ſubſtitueretur ſibi. Qui factus abbas: dū ſemel ſolus iret ad fontē quendā: qui erat in horto: audiuit quaſi vocem auunculi eiulantis. Qui adiuratus ab eo dixit ſe ibidem ineſtimabiliter vri ⁊ cruciari. qꝛ carnaliter perſuaſerat a requirentibus eum eligi ī abbatem. Et cum nepos diceret euꝫ non poſſe multum in fonte temperato affligi. rogauit vt candelabꝝ cupreum in fonte proijceret: quo ſtatim liquefacto: illi abbatie renūtians: ipſum amplius non vidit. Manifeſtum eſt igitur rationibus: auctoritate ⁊ exemplis ꝙ pena purgatorij eſt maxima penarum corporalium: adeo ꝙ anime ibi cruciantur: cōburuntur: incenduntur. Continue clamant verſus ſuos: qui ſunt in hoc mundo dicentes illud. Job. xix. c. Miſeremini mei miſeremini mei ſalteꝫ vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Cogita o fili: ⁊ oculo mentali reſpice animaꝫ patris tui clamantis ⁊ dicentis. Miſerere mei o fili mi. Compatere mihi: o fili ſubuenias mihi. O fili recordare ꝙ a me habes eſſe: a me habes nutrimentum: a me poſſeſſiones: a me pecuniam: a me domum: a me quicquid habes. Vide fili qꝛ crucior in hac flāma. Recordare fili quot labores: quot anguſtias: quot ſudores pro te ſuſtinui. O fili quomodo crudelis factus es mihi: tu non miſſas pro me facis celebrari. tu nō veſtis pauperes. non cibas famelicos. tu non porrigis elymoſinas. Cur me obliuiōi tradidiſti? Non vides quomodo crucior in hac purgatorij fornace? Heu me quia totus vror. Heu me quia totus affligor. Heu me quia totus in igne ſubmerſus ſuꝫ: ligatus ſum: incarceratus ſum. Miſerere ergo fili: miſerere patri tuo: miſerere genitori tuo: quia manus domini tetigit me: puniendo in hac crudeliſſima pena. Sꝫ O dulciſſime filie. Cōſideret quelibet veſtrum: ⁊ oculo mentali reſpiciat matrem ſuam iacentem in illa flāma clamantem ⁊ dicentem Heu me filia mea dulciſſima: tu non miſereris mihi. Non vides me o filia quomodo crucior: quomodo comburor? Heu me. Nō recordaris ꝙ ego nouem menſibus in vtero te portaui: ⁊ tot doloribus parturiui? Nonne tanto

tempore te lactaui. Quotiés te lauiːte nutriuiːtot vestimentaː tot iocalia tibi donaui. Ha a filia mi-sere meiːmiserere matri tue. Ad iuua me. Sucurre mihiːvt a tam acerbissima pena liberari possiz. Quis igitur filius tam ingratusː que filia tam inhumana ⁊ crude lisːvt nõ velit compati matri sue dulcissimeː⁊ illi subuenire eamqȝ ex tanto ardoreːincendio ⁊ sup-plicio liberare? Clamant itaqȝ estuantes ⁊ afflicti iestimabili pe na patresːmatresː fratresː soro-resːnepotesːauũculiːꝯsanguineiː attinentesːamiciː⁊ sepius misera biliter repetunt illud. Miseremi ni mei. misereminí meiːsalté vos amici meiːquia manus domini te tigit me.



Ertio principaliter ꝯsiderare debem⁹ purgatorij subleua tionem.s. quõ sub-uenit illisːq i tanto igne affligunt. Rñdet.s. Doc.in iiij.sen.d.xlv.q.ij. ar.ij. Qd plu-ra suntːquib⁹subleuant aie defun ctoꝝ.Similiter Grego.vt in de-cretis.xiij.q.ij.di. Anime defun-ctoꝝ quattuor modis subleuantː aut subleuationibus sacerdotumː aut precibus sanctoꝝːaut caroruz elemosynisːaut ieiunio cognato-rũːhec ille. Primus modus quo subuenit aiabus in purgatorioːẽ missarum celebratio.Cõclusio est theologalisːꝙ nihil põt deo offer ri grati⁹ ⁊ acceptiusːq̃ȝ sit sacra-mentuȝ altaris. vnde.s. Doc.vbi .s̃.dicit.Sacramentum euchari-stieːest sacramentum ecclesiastice vnionisːꝯtinens illum in quo to-ta ecclesiã vnitur ⁊ cõsolidatur.s. xpm.vnde eucharistia est quedaȝ charitatis origoːsiue vinculũː hec ille. Et ideo misse plus prosunt defunctisːq̃ȝ alia quecunqȝ bona pro eis facta. Offertur enim in missa illeː qui est verus deus. ⁊ verus homo iesus christ⁹. Exém plum mirabile. Quidam frater ordinis nostri post mortem condé natus in purgatorio p.xv. annosː post matutinum apparens cuidaȝ suo amicoː qui frat similiter erat ordinis nostriːrogauit eum vt sibi missarum sacrificioː quod magis gratũ erat deo subueniret. Et sta-tim disparuit.Frater ille valde cõ patiens anime sui charissimiː ma ne sequenti cum magna deuotio-ne missam celebrauit. Cum vero vellet recipere hostiam consecra-tamːtenens in manu.huiusmodi verba locutus est. Domine iesu christe si rex soldanus babilonie teneret aliquem in carcere pro su-is defectibusː⁊ quidam ca nera rius qui ei seruisset.xx. annis ro-

garet regem pro liberatione incar
cerati: rex pro sua liberalitate: ob
preces sui camerarij vel seruito-
ris liberaret eum. Domine non
es durior soldano saracenorum.
Camerarius tuus sum. Seruiui
tibi per. xx. annos: ⁊ deuote insteti
seruicio tuo: tenes fratrem meum
quasi sclauum compeditum: pro
seruicio igitur meo: peto eum mi-
hi dari a tua clementia. Cūq; non
semel vel bis: sed iteratis vicibus
dicta verba inculcasset: sic missaz
finiuit. Sequenti vero nocte post
matutinas: stans in oratione: vi-
dit fratrem predictum ante eum
stantem: habitu candido ⁊ preda-
ro. Quesiuit quid esset. Respon
dit se esse illuz qui ei apparuerat.
Et cum ab ipso quereret: quomo
do sibi esset. dixit. Bene per gra-
tiam dei. petisti me a domino: ⁊
me tibi dedit. Jam igitur libera-
tus a purgatorio vado ad societa
tem spirituum beatorum. Et sta-
tim disparuit. Ecce quante effica-
tie fuit vna missa. Similiter ha
betur de quodam monacho san
cti Gregorij: quē iussit Gregori⁹
sepeliri in sterquilinio: quia sibi
occulte reseruauerat tres duca-
tos. Sed celebratis triginta mis-
sis pro eo: ex iussione sancti Gre-
gorij apparuit germano suo di-
cens. Nunc vsq; mihi male fuit:
sed modo bene est: quia hodie cō
munionem recepi: ⁊ sic ad para-
disi gloriam volaui. Hoc habe-
tur in dialogo beati Gregorij. Et
ex hoc exemplo maxime videtur
processisse deuotio fidelium de mis
sis Gregorianis pro liberatione
animarum dicendis. ¶ Secundo
dico ꝙ anime in purgatorio exi-
stentes liberantur amicorum ora
tione. Dicit Chrisostomus super
Matth. loquens de oratiōe. Ni
hil est homine probo orante po-
tentius. Ergo quilibet oret ꝓ suis
quia orationes nostre mirabiliter
prosunt eis. Sed dices. Velim
scire: quas orationes debeo face-
re: Respōdeo ⁊ dico: le meglio-
re del mondo. scilicet pater noster
⁊ aue maria. Dicas ergo in ma-
gno numero has pro anima pa-
tris: illas pro anima matris: istas
pro amicis: illas pro vicinis. Ora
te igitur feruenter: attente ⁊ cor-
dialiter compatiendo animabus
in purgatorio. Alius dicat. septez
psalmos. Alter vesperas mortuo
rum. Hic officium virginis: ille
de profundis. iste miserere mei
deus: quia sic adimpletur volun-
tas dei: vt dicit Gregorius ⁊ in de
cretis. dār pz. xxiij. q. iiij. c. Obtine
ri. ¶ Tertio etiā largitiōe. Nā

sicut aqua extinguit ignem: ita ele mosyna extinguit peccatũ.i.penã debitam ꝓ peccatis. Et talis pur gatio fit in purgatorio. quando er go vides pauperẽ: recordare ani maꝫ patris tui ⁊ matris tue: forte adhuc esse in purgatorio. Ideo porrige illi panem vel vinuꝫ: de narium: vestimentũ: calciamentũ: ferculũ: candelã: ⁊ silia. ¶ Quar to subleuantur corporis macera tione: boni filij ⁊ cordiales filie de bent sepe affligere corpora sua ad subueniendũ parentibus in pur gatorio: modo disciplinando cor pus: modo ieiunando: modo ge nuflectendo: modo visitando ec clesias osculando altaria: osculan do terram ita ꝙ nõ preter eat dies in qua non fiat aliqd opus pium pro vestris parentibus. His ergo quattuor modis subleuantur ani me que in purgatorio in illa tam vehementi flãma cruciant. fm ꝙ hi duo sacri theologi.s. Grego. ⁊ Doc.s. vt supra dicebãt. ¶ Qui to subleuantur legatoꝝ executiõe. Iohãnes neapolitanus quẽ sepe allegat.d. Antonin⁹ in sua sũma dicit in suo quolibet. ꝙ heredes ⁊ executores testamentoꝝ. qui diffe runt notabiliter exequi legata ad pias causas ex negligẽtia vel aua ritia: q: est eis incomodũ. peccant mortaliter. Qđ declaro decẽ ra tionibus. ¶ Primo ratiõe nocu menti seu damnificationis. Si vi deres aliqueꝫ in fornace ignis cru deliter ardere. ⁊ nolles eum inde liberare dũmodo posses maxime ipso instantissime postulãte. vtiqꝫ mortaliter peccares. q: tũc directe contra caritatẽ ꝓximi ageres. Sꝫ tu vides animã patris vel matris vel fratris tui. cuius heres vl' exe cutor es ardere ⁊ cruciari in igne purgatorij clamantẽ ⁊ dicentem. Fili miserere mei. fili extrahe me de hac fornace ⁊ non curas: sꝫ sibi vertis dorsum. ergo peccas mor taliter nõ distribuendo legata iux ta suam voluntatẽ. q: infers anie notabile nocumentũ quantum ad expiationẽ a pena. sed si illa distri bueres nõ tãdiu ibi tormẽtarent. ¶ Scđo ratione excõicationis. ta les enim mandantur excõicari. vt patet. xiij.q.ij. Sed nullus debꝫ ex cõicari nisi pro mortali. ergo pec cant mortaliter. Et in quibusdam dyocesibus est excõmunicatio la ta per synodalẽ sententiã. ¶ Ter tio ratione occisionis. plus est oc cidere animam qꝫ corpus. sed oc cidendo corpus est peccatũ morta le. q: contra preceptum diuinum. Non occides. ergo occidere ani mã est peccatuꝫ mortale. imo gra uius. detinentes autem legata ad pias causas sunt animarũ necato

res. Pro his duobus audi concilium quartū carthaginense. 7. xiij. q. ij. Qui oblationes. vbi dicitur. Qui oblationes defunctorūꝫ aut negant ecclesijs: aut difficulť reddunt: tanq̄ꝫ egētium necatores excōmunicentur. ergo mortalr̄ peccant. ¶ Quarto ratiōe sacrilegij. Cōmittens sacrilegium: ſm suum esse cōpletum: vtiqꝫ mortaliť peccat. sed tales sunt sacrilegi: vt Hieronỹ. ait 7 in decretis. xij. q. ij. glosa vbi dicitur. Amico aliqd subtrahere furtum est: ecclesiaꝫ vero defraudare sacrilegiū est. ¶ Quinto ratione furti. Nā furtū est ꝯtrectatio rei aliene inuito dño vt. ff. de furtis. l. i. tunc sic. Qui furatur peccat' mortaliter: q2 ꝯtra p̄ceptuꝫ dñi. Nō furaberis agit: sed q non distribuit legata cōmittit furtū: q2 detinet ea ꝯtra voluntatem domini ergo peccat mortaliter. ¶ Sexto ratione rapine. Raptor magis peccat q̄ꝫ fur vt declarat. s. Doc. xxij. q. lxvi. Et' in decretis. xiiij. q. v. Penale: q2 nō solum dānificat ꝓximū rebus: sed etiam iniuriať persone: sed detinens aliena 7 nō soluens cōmittit rapinā: q2 aufert 7 detinet legata per vim: ab eo cui legata sunt. ergo peccat mortaliť. ¶ Septimo ratōe multiplicationis. Quotiēs recordaris debere restituere 7 distribuere talia legata: 7 ꝓponis ꝯtrarium totiēs peccas mortaliter. Et sic multiplicas peccata. ¶ Octauo ratione proditionis. Qui cōmittit tradimentuꝫ seu ꝓdimentum peccat mortaliter sed ditinens legata est ꝓditor: q2 ꝓmisit testatori facere fideliter: 7 ante tempus. 7c̄. Et nihil facit. ergo peccat mortaliť. ¶ Nono rōe periurij. Qui periurat vtiqꝫ mortaliter peccat: sed tales sunt ꝑiuri: q2 iurant per fidem: per coꝝ malam ꝯsciam: per deū: per sanctos: q2 satisfacient. ergo peccant mortaliter. ¶ Decimo 7 vltimo rōne dānationis: nullus dānať nisi qui est in peccato mortali. Nō soluēs legata mortuoꝝ dānať. ergo peccat mortaliter. Patet hoc. Dominus enim Jacobus de voragine in cōmemoratione oiuꝫ defunctorum in fine recitat exemplum valde notabile sic dicens. Miles quidam in bello Karoli magi cum mauris pugnatur⁹ rogauit cognatum suū: vt si in bello moreretur: equū suū venderet 7 pauperibus precium daret. Quo mortuo: cuꝫ equus nimis sibi placeret: eū retinuit. Et post modicum temporis: cognatus mortuus tanq̄ꝫ sol fulgens apparuit ei. dicens. Cognate per. viij. dies me fecisti pati penas in purgatorio propter equuꝫ: cuius precium vt dixeram paupe

ribus nõ dedisti. Sed impune nõ feres: hodie enim ferent in infernuȝ animã tuã diaboli: ⁊ ego purgatus vadam in regnũ dei. Et ecce subito in aere auditus est clamor: velut leonum: vrsoꝝ: ⁊ luporum. ⁊ ipsum de medio abstulerũt. hec ibi. O inhumani filij. O tenaces. O auari. O cupidi. O negligentes. Cur estis ita crudeles erga parentes vestros. Cur non solutis coꝝ legata. Quare nõ datis pauperibus ⁊ ecclesijs que debitĩ. Excutite amodo negligentiam vestram. Extendite manus vestras. Aperite vr̃as bursas: facite missas celebrari: porrigite orationes: date elemosynas. mortificate corpora ⁊ sensus vestros: facite o boni filij q̃d vobis dico: facite ad q̃d vos hortor. Estote estote demẽtes estote cõpatientes parentibus qui in tanta necessitate sunt constituti: in tanta pena afflicti: in tanto foco adusti: a quo dulcissimus deus ipsas animas parentũ vestrorum ⁊ similiter liberare dignetur. hic in presenti per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam: qui est benedictus ⁊ laudabilis in secũla seculorum. Amen.

¶ Feria tertia tertie Dominice quadragesime. De inferno. Sermo. xxviij.



Sunt cõgreati. mathe. xviij. Tria sũt principalia loca in quibus iustissimus deꝰ flagella sue iracundie manifestat: mundus. s. hic plenus erroribus: locus purgatorij: ⁊ habitatio infernalis. De primo. ⁊ secũdo loco his duobus proximis transactis diffuse predicaui. ostendens cum quanta seueritate deus puniat trãsgressores celestiũ preceptorũ. Restat nunc hoc mane videre de tertio loco ceteris q̃dem terribiliore: qui merito vocatur infernus. eo q̃ inferius collocatus sit. In quo vt inquit sancta mater ecclesia. ⁊ trahitur ex ṽbis sanctissimi Job. In inferno nulla est redẽptio. De ipso igitur tremẽdo loco h̃ mane p̃dicaturus cõuenienter assumpsi euangelice lectionis ṽba: q̃ dãnatis oĩbus merito conueniũt. Simul. n. colligati ⁊ congregati sunt ad eternas penas sustinẽdas: vt inquiunt proposita verba ⁊ in euãgelio recitata. In quo tria singularia documenta habemus. ¶ Primum documentuȝ. q̃ quando videmus proximum nostrum aliquem defectũ cõmittere: non debemus ipsuȝ diffamare: sed secrete ⁊ cum caritate corripere. Hoc tangitur prima. euangelij. parte. Si peccauerit in

te frater tuus &c. ¶ Secundum documentum. quod omnes qui in hoc mundo sunt in bono inuicem con sentientes et concordantes quicquid a domino deo petant obtinent. Hoc tangitur ibi. Si duo ex vobis &c. ¶ Tertium documentum est: quod nos offendentibus debemus parcere: non septies tantum: sed vsque septuagies septies. i. toties parcere: quotiens nos offendunt. Hoc tangitur parte vltima euangelij: vbi dicitur. Non dico tibi vsque septies &c. Quod si non fecerimus: cum lucifero in infernum detrudemur. De quo inferno tria hoc mane considerabimus.

¶ Primo inferni necessitatem.
¶ Secundo inferni qualitatem.
¶ Tertio inferni perpetuitatem.

¶ Primo inferni considerare debemus necessitatem. s. Tho. i. iiij. sen. di. l. q. i. ar. i. Quarto contra Gen. c. viij et implerisque alijs locis. d. Pe. de tarant. d. Pe. de palu. d. Alber. magnus. s. Bonauen. et Ricardus de media villa. similiter in. iiij. sen. dicunt quod infernum esse est omnino necessarium: ad hoc vt peccatores qui ex hac vita in mortali peccato decedunt: eternaliter puniantur. Hanc autem necessitatem triplici lege declaro.

¶ Primo lege naturali.
¶ Secundo lege diuinali.
¶ Tertio lege humanali.

¶ Primo dico quod infernum esse necessarium est lege naturali. Ratio naturalis dictat vnicuique quod male et turpiter viuentes debent puniri: vt patet per Phm. iij. Ethi. quia ex quo postposita ratione bestialiter viuunt non sunt digni aliquo honore: sed confusione et vituperio: secundum quod patet per Phm. iiij. Ethico. Que punitio debet fieri per suos superiores iuxta culparum exigentiam pro conseruatione iusticie: vt vult Phylosophus. v. Politico. et. v. Ethico. Hoc lumine naturali antiqui Phylosophi illuminati concluserunt malos viros: et vt animalia: viuentes: in inferno puniendos. Unde Plato maximus Phylosophorum in Phedone sic ait. Si qui autem propter magnitudinem peccatorum insanabiles esse comperiuntur: qui sacrilegia multa ac magna: qui cedes nepharias contra leges: qui alia istorum nepharia perpetrati fuerunt hos quidem omnes conueniens sors in baratrum tartari abicit. vnde nunquam egrediuntur. hec ille. Hoc idem affirmat alius Phylosophus qui zeno vocatur. De quo Lactantius in septimo libro capi. vij. sic inquit. Esse inferos zeno stoicus docuit: et sedes piorum

ab ipsis esse discretas: ⁊ illos quidẽ
quietas ac delectabiles incolere
regiones. hos vero penas luere:
in tenebrosis locis: atq̃ in ceni vo
raginibus horrendis. hec ille. Et
ille magnus Phs Isaac nomi-
ne de inferno loquens dicit. Ho-
mines nõ virtuose viuẽtes ⁊ de-
diti turpibus actibus: claudentur
sub orbem tristem ⁊ tenebrosum.
ibi erunt in tristicia sempiterna: h
ille. Et refert. s. Doc. in. iiij. sentẽ.
di. xliiij. q. iij. ar. ij. q. iij. Et pnceps
phorum Aristo. ad Alexandrũ
magnum. sic scribit. Illecebre cor
poris finiunt ⁊ exterminant in ni
hilum: ⁊ faciunt hoiem ipsum de
scendere ad infernũ. hec ille. Py
thagoras vero posuit locũ pena-
rũ in spera ignis: quẽ in medio to
tius orbis esse dixit. vt patet per
Phm in. ij. de celo. Et ponit. san.
Doc. in. iiij. d. vi. s. Et iterũ. Aris.
de pomo. Ve anime peccatrici.
q: non habet posse redeundi sur
sum. q: turpia opera impediunt
ascensũ eius. Et Plato in Thy-
meo. Si aia nõ receperit sciẽtias
⁊ virtutes: relegabit ad inferna.
Et Tulius in inuectiuis ꝯtra Ca
tilinam libro. iiij. Ut aliqua fortitu
do improbis esset posita. apud infe
ros eiusmodi quedã illi antiq̃ sup
plicia impijs ꝯstituta esse voluerũt.
hec ille. Et Señ. in quadã Trage
dia. Ingens vorago faucibus va
stis patet. Latũq̃ pandit oib9 po
pulis iter. Et idẽ Uirgilius in. vi.
Et Ouidius. Hoc idem Auicena
. ix. Metha. Hoc Algazel. Hoc
ceteri q̃plurimi Phi nãles.
Patet ergo hac lege naturali q̃
necessario est infernus. ¶ Scdo
infernũ esse necessario declaro le
ge euãgelicali. Doctrina euange
lij vt dicit. s. Doc. i. iiij. sen. d. xxiiij
. q. ij. ar. ij. ad quartũ. Et. iiij. cõtra
Geñ. c. lxxv. ẽ dignior ceteris do-
ctrinis. vñ ⁊ i. j. parte. q. cvi. ar. i.
dicit q̃ in euãgelio nõ ꝯtinentur
nisi que ptinent ad grãm spũssci.
Et sup eplam Pauli. Ro. ix. di.
Euangeliũ ducit hoiem ad perfe
ctionem. Quid ergo ipsa lex euã
gelica de inferno dicat attente au
diamus. Ipse actor euãgelij iesus
xps vt scribit Lucas in. vi. Infer
nũ esse declarãs dixit. Mortuus
est aũt diues ⁊ sepult9 ẽ in iferno.
Mat. xi. Et tu capharnaũ. nũqd
vsq̃ in celũ exaltaberis. ⁊ vsq̃ in
infernũ descendes: Apoca. i. Ha
bet claues mortis ⁊ inferni. Ite-
rũ Apoc. vi. Ecce equus pallid9
⁊ qui sedebat sup eum. nomen illi
mors ⁊ infernus sequebatur eũ.
Et Apoc. xx. Mors ⁊ infernus
dedit mortuos suos. qui in ipsis
erant. Et iudicatum est de singu-
lis fm opera eoꝝ. Et infernus ⁊

mors missi sunt in stagnum ignis. Addamus illud Pauli ad Phi lip.ij.c.d. In nomie iesu: oé genu flectat. celestiũ. terrestriũ. τ infer norũ. Deus nullo modo põt men tiri: q: est veritas summa. ergo est infernus. ¶ Tertio infernũ eẽ ne cessario: declaro lege humanali. Lex eni humana ẽ duplex. s. ciui lis quã iuriscõsulti cõdiderunt: τ canonica que a sanctis patrib⁹ fa cta est. Et hec clare ostẽdit eẽ ĩfer num: vt pꝫ in decretis. d. iiij. c. de niqꝫ. in Glo. Consuetudo excusat a pena tpali: τ non a gehẽnali. Et d.xxv.c.vnũ.paph'o. Alias. Sed eterna illũ flãma sine vllo reme dio cruciabit. xij. q. i. Multi. xix. q. iij. Om. xxiij. q. iiij. Hec autẽ vita: que inter celũ τ infernuꝫ sita est. xxiij. q. v. Quid ergo. xxiiij. q. iij. c. Qd aũt dicit sic. Iteꝫ Da thã τ Abyron auctores scisinatis fuerunt ꝯtra Moysen τ Aarõ: nec tñ ipsi soli: sed omnis substan tia eorũ cum ipsis descendit ad in feros: hec ibi. xxviij. q. i. Ois ibi. Sed omne qd contra ꝯsciam fit: edificat ad gehẽnam. Propterea san. Tho. i. iij. sen. d. xxij. q. ij. ar. i. q. ij. τ in. iiij. d. xlv. q. i. ar. i. conclu dit. d. Infernus est quadruplex. s. damnatorũ: puerorũ: purgandorũ: τ sanctorũ patrũ. Audi exempluꝫ qd legitur in vitis patrum. Que dam filia: cuius mater iam defun cta erat: sepe cũ lachrymis roga bat deum: vt sibi reuelaret quid esset de aĩa matris sue. Que per angelum ad infernũ deducta: au diuit multos vlulatus: planctus τ gemitus: τ multas personas eiu lantes. Inter quas audiuit vnam mulierem clamantẽ: τ dicentem. Heu me: heu me: que pena ẽ ista. Et interroganti filie dixit mulier. Ego sum mater tua ad inferos dã nata: vbi crucior sine vlla spe libe rationis. Heu me filia: q: de pro prijs hec patior: q: deliramenta ħ mihi videbãt vniuersa que de so brietate videbantur: opera autẽ fornicationis τ adulterij. non mi hi videbant eẽ tormẽta. Ebrieta teꝫ vero τ luxuriã nõ arbitrabar esse penas. Et ecce ꝑpter paruã li bidinẽ: quantũ recipio cruciatum τ sustineo penas. Et ꝑpter exigu as delicias quãta exsoluo tormen ta. Ecce pro ꝯtẽptu dei quales re cipio mercedes. Apprehenderũt me eni innumera mala. Et reuersa in se filia sancte vixit. Nũc formo rationẽ sic. Illud sine quo pecca tores sceleratissimi nõ possunt pu niri est oĩo necessariũ: ꝫ infernus ẽ illud sine quo peccatores nõ pos sunt puniri: ergo infernus ẽ neces sarius. Si eni non esset infernus: pctõres nõ possent puniri: q: nec

in hoc mundo nec in alio. Quis igit̃ tam durus: taꝫ feris morib⁹: tam rudis: tam obstinatus: tamq̃ puersus est: vt nõ credat esse iferñu: Credat igit̃ q̃libet: ⁊ nullatenus dubitet: q̃ oĩno est infernus: quẽ lex naturalis: euãgelica hũanalis simul: cuꝫ tam euidẽtissimo exẽplo aptissime declarat.



Secundo principaliter ꝯsiderare debemus inferni q̃litatem. In hac secũda parte intendo declarare ꝯditiones inferni. Est ibi aduertendũ: ꝓut colligit̃ ex dictis sacroꝝ theologoꝝ.i.iiij. sen. ⁊ pmaxime ex sentẽtijs doc.s. in.iiij.sen. Et in.iiij. ꝯtra gen. xij. sunt ꝯditiões horribilissime ipsi⁹ inferni. Nã infernus est. ¶ Primo carcer vilissimus: dicit enim Phs.viij. Metha. ⁊.ij.de celo. q̃ si natura repit vnũ ꝯtrarioꝝ: repit ⁊ reliquũ: vt si reperit̃ gaudiũ repit̃ ⁊ tristicia. Sꝫ repit̃ loc⁹ nobilissim⁹ atq̃ dignissimus: qui est celũ empyreũ vt declarat san. Doc. prima parte.q.lxvi. ar.iiij. ⁊ venerabil' Beda ⁊ Basilius dicunt. Statim q̃ fuit factuꝫ: fuit angelis repletũ: plenũ omni gaudio ⁊ leticia: ergo a ꝯtrario sensu reperit̃ locus: q̃ ẽ carcer vilissim⁹. Et talis est ifernus: plenus omni miseria ⁊ tristicia. ¶ Scd̃o infernus est carcer ꝓfundissimus. vñ dicit̃ infern⁹: quasi iferius: ꝓpter suã ꝓfunditatẽ: ⁊ est centrũ terre: vt pꝫ i.iiij.sen. Eccl'.li.c. Uita mea erat appropinquãs inferno deorsum. Nihil eniꝫ ẽ inferno ꝓfundius. Qd̃ rõ naturalis clare ostẽdit. S.n. Tho.in.iij.par. Et phs in.iiij.phy.. ⁊ in.ij.de celo: inquit. Corpa que sunt magis formalia: sunt naturaliter supiora. Per formã enim vnũq̃d̃q̃ corpus participat diuinũ esse: vt dicit Phs.i. Phy. Ergo corp⁹: qd̃ est minus formale est magis inferius: q: minus participat diuinũ esse. Et cuꝫ infernus sit distãtissim⁹ ab oi summitate celoꝝ: ⁊ remotissimus: detinẽs mĩbos pctõres: q̃ ita se elongauerũt a deo dũ essent i hoc mũdo: ergo ẽ ꝓfundissim⁹. Justissime quidẽ: q: pctõres q̃ͣto magis peccãt: ⁊ i peccatis idurant̃: tanto magis pdũt esse formale: qd̃ ẽ eẽ diuinũ: esse gr̃e: eẽ virtuale: eẽ spirituale: ⁊ ꝯtinue se elongãt a deo. Juxta illud. Prouer.xv. Lõge ẽ dñs ab ipsis: ergo debet̃ eis loc⁹ remotissimus ⁊ profundissimus. Quia vt dicit̃.iiij. Phy. Et.iiij. de celo. Et.ij.de aĩa. Locus ⁊ locatum debẽt simul ꝯuenire. vnde Basilius sup Luc.xvi. Est aũt infernus quidã locus cõis: in itimo

terre: vmbraticus vndiqz: et opacus: cuius est quoddã officium: in pfundum tendens: p qd patet descensus aiabus: ad mala dãnatis. hec ille. ¶ Tertio infernus é carcer igneicus: sententia est. s. Doc. in. iiij. sen. d. xliiij. in principio rñsionis principalis: et in alijs locis: qp ignis infernalis est verus et realis: nõ ymaginari⁹: nec metaphoricus. vñ Greg. in. iiij. dyalogoꝝ dicit. Igné gehéne corporeuz esse nõ ambigo. Est elemẽtalis: q: eiusdem speciei é. cũ igne specifico p regulam. ij. Topy. et. i. Phẽcoꝝ. Omnis aqua: omni aque: eadem specie dicit. ergo similiter: omnis ignis: omni igni similis erit. Est ppetuus: nõ lignis ꝯseruatus: sed diuina virtute. Nõ é ꝯsumẽs: neqz anihilans ea: in quibus agit: quia diuina virtus ꝯseruat taz aias q̃z corpora. Est insup valde afflictiu⁹ valde crucians miseros dãnatos. De quo Augu. xxi. de ci. d. c. iiij. Nihil est igne vrente molestius. Ratio patet i prõptu. Quãto agens est maioris virtutis et vigoris: tãto actio eius est fortior: et vigorosior. Deus aũt est virtutis ifinite: ppterea ignis infernalis est molestissimus: quia agit in virtute dei. Inter omnia elemẽta ignis naturaliter est maxime actiuus in agendo: habens alia corpora pro materia: vt dr̃ a Pho. iiij. Metha. Quãto ergo magis agit et affligit: agens in virtute dei: Hic ignis virtute diuine iusticie cruciabit superbos ambitiosos. Hic vret vsurarios: auaros: atqz cupidos. Hic ignis succendet luxuriosos: molles: et nephandos sodomitas. Hic ignis inflãmabit obstinatos: duros atqz rebelles. Hic ignis tormentabit iracundos: blasphematores: et vindicatiuos. Hic ignis sumet vindictam cõtra omnes transgressores legis tam naturalis: q̃z scripte: q̃z etiam gratie. Hic ignis comburet accidiosos: pigros: atqz somnolentos. Hic faciet vindictam maximã de peccatis cogitationũ: locutionuz: de peccatis opationũ. Hic ignis é tã vehemẽs: tã vigorosus: qp oẽs dãnatos eternalr̃ et sine cessatiõe cruciabit. Sz dices. Quãt⁹ é ignis infernalis: Rñdet. s. Machari⁹ put reuelauit sibi caput mortuũ: qp ignis iferni: tantus é in iferno: quantũ distat celũ a terra: et tantũ hñt dãnati de eo sup capita coꝝ: et tm̃ sub pedibus suis. Sic dixit caput illius mortui qd ꝯiurauit. s. Macharius: vt habet i vitis patrũ. Propterea Isa. c. xxxiij. Exclamat di. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante. Aut qs habitabit ex vobis cũ ar

doribꝰ sempiternis. O miseri peccatores. O negligentes. O insensati. O delicati. cur nõ timetis tm̄ ignẽ? Cur non consideratis tm̄ ardorem? Cur nõ rememoratis vobis flãmã illam vltricẽ? Si in hoc igne nostro non potestis sustinere: ꝙ extrema pars vnius digiti cõburatur propter vehemens incendium. quid facietis cum tota anima: ꝛ postea cum totuꝫ corpus simul cum anima imergetur in illo infernali igne. Unde Abach. ij. c. Laborabũt populi in multo igne. Et Ezech. xxij. In igne ire mee cõsumpsi eos. Apoc. x. Qui non est inuentus in libro vite scriptꝰ: missus est in stagnum ignis. Timete igitur filij eum: qui hunc ignem creauit: hunc igneꝫ ordinauit: hũc ignem vigorosuꝫ fecit: in quo peccatores miseri eternaliter cruciabuntur. Sic docet nos dominus. Mat. x. d. Eum timete qui habet potestatem corpus ꝛ animam perdere in gehennam. ¶ Quarto. infernus est carcer horridus. Et dr̄ horridus ab horrore. Job. x. Ubi sempiternus horror inhabitat. Et hoc est in aspectu demonum. Sicut autẽ ex visione dei cõsequitur anima omne bonum. Juxta illud Exo. xxxiij. Ostendam tibi omne bonum: sic ex iussione diuina aĩa dampnata consequitur maximum horrorem: maximuꝫ timorem: maximum tremorem. Et vt iuxta vulgare loquar maximũ spauentum: atqꝫ maximam penam. Legit. n. ꝙ fuit quidaꝫ sanctus monachus qui in ecclesia: quẽdã demoniacũ inueniens: coram omnibus demonem adiuurauit: vt astantibꝰ oĩbꝰ diceret: quid de eterne pene magnitudine sentiret. Qui demon coactus ait. Et qs hoc quod queris verbis exprimere posset? Naꝫ vt de innumeris penis taceã: quas miseri peccatores passuri sunt: tanta solũ est pena in visione luciferi ꝙ si esset possibile: ꝛ ipse corpus haberẽ: ꝛ in oriente cõsistereꝫ: totusqꝫ mundus arderet: ꝛ flammis exurentibus plenus esset: potius ab oriente vsqꝫ ad solis occasum per medium flãme vorantis eligerem pertransire: vt solã luciferi faciem declinarem. Ideo dicit Job xx. Uadẽt ꝛ veniẽt sup eũ horribiles. glo. i. demones. Propterea beatissima virgo orauit filiũ vt in eiꝰ trãsitũ non videret figurã demonis. ¶ Quinto. infernꝰ ẽ carcer tenebrosus atqꝫ obscurus. Sũt enim in inferno ꝛ tenebre densissime: ꝛ obscuritas mirabilis. Rõ ãt haꝝ tenebrarũ ẽ duplex. Una nãlis: altera est theologica. Pria rõ naturalis ẽ: q: infernꝰ est ĩ centro terre: vt patet in. iiij. sen. d. xliij.

Et Gre.in.iiij.dyalogoꝝ. Et ideo
locus ille ẽ maxie remot⁹ a luce so
lis ⁊ lune: ⁊ stellarũ: ⁊ etiã lux oc-
cupat a mole terre: que ẽ corpus
grossum ⁊ oppacum. Secũda rõ
theologica. Reprobi.n.in hac vi
ta ꝓposita sibi luce gratie: elege-
runt magis tenebras q̃ȝ lucẽ. Ubi
grã. Proposuit tibi de⁹ lucem hu
militatis: ⁊ tu eligis magis tene-
bras sṗbie ⁊ vanitatis: q̃rẽdo ho
nores: dignitates: ⁊ officia. Pro-
posuit tibi lucẽ castitatis: ⁊ tu eli-
gis tenebras luxurie ⁊ carnalitatis
Proposuit tibi lucẽ mĩe ⁊ libera
litatis: ⁊ tu magis eligis obscurita
tẽ auaritie ⁊ cupiditatis. Uñ Jo.
iij.c. Dilexerũt hoies magis tene
bras q̃ȝ lucẽ. Jõ dignũ: iustissimũ
⁊ rõni cõsonũ ẽ: vt priuet ex neces
sitate luce in penã: quã cõtẽpserũt
ex volũtate in culpa. De talib⁹ di
cit dñs. Mat.xxij. Ligatis mani-
bus ⁊ pedibus mittite eũ in tene-
bras exteriores: q: dãnati sunt: ex-
tra ambitũ diuine mĩe. Sȝ dices.
Certũ ẽ ꝙ in iferno ẽ ignis. ergo
ẽ ibi lux. Quõ ergo in iferno sunt
tenebre ita dense: Rñdeo ẜm.s.
Doc.in.iiij.sen. Et Gre.in.ix.mo
ral. Et Bona. ⁊ Ricar. Qd̃ licet
sit ignis ibi.est tñ ignis fumosus ⁊
sulphureus.feceus.turbidus. pi-
ceus: ⁊ valde ꝑmixtus: ita ꝙ nihil
ibi perspicue videt: sed solũmodo
sub q̃dã vmbrositate: videt illa: q̃
afflictionẽ cordi igerere pñt. Uñ
Isidorus in primo libro de sum.
bo.sic ait. Ignis gehẽne: lucebit
miseris ad augmẽtũ pene: vt vide
ant vñ doleant: ⁊ ñ lucebit ad ꝯso
lationẽ: ne videãt vnde gaudeant.
h ille. Uidebunt enim dãnati mł
titudinẽ demonũ tã horibiliũ. Of
ferent se dãnatis diuersis formis
excõicant: et a societate fideliũ segregant. Extra de excessib⁹ prelatoꝝ.c.clerici.vbi sic dicit. Qui cũqꝫ illa incõtinentia que ꝯtra naturá est: ꝓpter quá ira dei venit in filios diffidétie: et quinqꝫ ciuitates igne ꝯsumpsit: deprehẽsi fuerint: deiciantur a clero: vl'ad agẽdam penitentiam in monasterijs detrudantur. hec ibi. Cõtra autẽ laycos dicit.tex.ibidem. Si layci fuerint excõmunicationi subdantur: et a cetu fidelium fiant penit⁹ alieni: hec ibi. Item sodomite repellunt ab aduocatiõe et a postulando: et ab honoribus cum sint ĩfames. Item eoꝝ bona oĩa debẽt ꝯfiscari. Extra de hereticis.c. Cũ ſm leges. Et sic põt dici illud Petri damiani in libro gomorreano. vbi ait. Quisquis in hũc extreme perditionis abusum: fuerit lapsus a superna patria exul efficit: a xp̄i corpore separat: totius ecclesie auctoritate ꝯfunditur: oĩum sanctoꝝ patrum iudicio ꝯdẽnatur: hec ille ¶ Tertia punitio ẽ sterilitas. Sepe qui fuerunt vel qui sunt dediti huiusmõi vitio: sunt steriles. Patet hoc in Futisare: de quo dr: ꝙ emit Joseph. Geñ.xxxix. vbi dicit Nicola⁹ de lira. Ad hoc emit: vt ipso abuteretur: ꝓpter qd̃ dñs exiccauit genitalia eius: et sterilis ꝑpetuo factus est. Et merito. Ut enim habetur. Sap̄.xi. Per que quis peccat ꝑ hoc, et torquet: vel nõ possunt reddere debituꝫ. q: ꝓpter pessimuꝫ coꝝ vitium ꝯ naturá vt plurimum non sunt ydonei ad copulá matrimonialẽ. Et lꝫ copula vtantur matrimoniali. ꝑ viá naturalẽ. tamẽ deus gloriosus ordinauit iusto suo iudicio ne generẽt filios. ¶ Quarta pena est flagellatiõis. Ná cum ap̄ls. Col'.iij. noĩet inmundiciam: et libidinẽ subiungit. Propter que venit ira dei in filios icredulitatis. Ubi doctores dicũt. ꝙ maxime vitium sodomiticũ. est ꝑ qd̃ ꝓcitat et ꝓuocat deus ad mittẽdas pestilentias. fames. sterilitates. tẽpestates. guerras. caristias. vt pꝫ in Autẽtico. vt non luxurentur ꝯ naturá. vbi ait ĩperator. Propter.n. talia delicta et fames et terremotus et pestilentie fiunt. Propterea admonem⁹ oẽs abstinere ab huiusmõi vitijs vt nõ suas ꝑdant aĩas. Idẽ etiam dr.xxxij. q. vij. Flagitia.in Glo. Inficit.n.hoc vitiũ aerẽ.et hoĩes ac terrá corrũpit et subuertit. Exẽplum pꝫ in sodome subuersione. Geñ.xix. Patet etiá ĩ vniu'sali diluuio. De cuius tp̄e dr.' Geñ. vi. Oĩs quippe caro corruperat viá suá sup terrá. ¶ Quinta punitio dr vilificationis. vsqꝫ adeo vilificatur pessimus sodomita: vt

nō sit amplius hō: sz vilioꝛ bestia. Propterea phs in.vij. Ethi. Sodomia cōtinetur sub bestialitate. Jmmo est īferioꝛ atqz deterioꝛ: bestijs. Unde.vij. Ethi.dr. hō prauus ē deterioꝛ bestia. Et quis magis prauus: magisqz scelerat⁹ pessimo sodomita: Certe null⁹. Nūqz enim visa est bestia cū bestia p modum nō naturalem ꝯcūbere. vnde Petrus damianus. vbi.s. Nunqz asinus stimulo ꝯcūbendi cū asino rugitus emisit. Hoc ergo pditi hoīes ppetrare non metuunt: qd ipsa quoqz bruta aīalia phoꝛrescunt: hec ille. Et sic pz: qꝫ sodomita punit a natura que trāsfert eū in bestiam: ⁊ peius efficit ea: cuius naturaliter homo ē dñs vt habet. Gen.i.⁊.i. Politicoꝝ.

¶ Sexta punitio dr sepationis. Certe ꝯueniens est: si natura abijcit sodomitā vt etiam ꝓpria vxoꝛ ipm abijciat. Et.n. cōpꝛehēso marito in vitio sodomitico: diuoꝛtiuz fieri ⁊ denegari debitū pōt.xxxij. q.vij.oēs. Nō eni dz huiusmodi fetid⁹: matrimonij sacramēto cōiungi: a quo meretur oīo repelli.

¶ Septima dicit ꝓunitio satuationis. Sodomita.n.iusto dei iudicio: tam cecus ꝓpter illud vitium fit: vt de rebus aīe ⁊ salute ꝓpria nihil oīo sciat: aut curet. Hanc penam ponit aplš. Ro.i.d. Propt qd tradidit illos deus in reprobū sensum: vt faciant ea que nō cōueniunt: repletos oī iniquitate. Jtez ibidem. Propterea tradidit illos deus in passione ignominie. Naz femine eoꝝ imutauerunt naturalē vsum: in euz q est ꝯtra naturaz. Silr aūt ⁊ masculi: relicto naturali vsu femine: exarserunt in desiderijs suis inuicē masculi i masculos turpitudinem operantes: hec ille.

¶ Octaua punitio dr cōbustiōis Hoc pz. Gen.xix. Sup hoc Rabanus dicit. Sulphur fetet: ignis ardet. Qui ergo ad puersa desideria carnis: fetoꝛe exarserunt: in re sulphure ⁊ igne pierūt.hec ille Jō ſm qualitatē criminis: dz ipo ni pena. C.de penis.l. sancimus. ff.de his q vt digni.l. rescriptuz. extra de his que fiūt a maioꝛi pte capituli.c.ij. Foco igit focoꝛ: foco alij pessimi sodomitis: q: igne concupiscētie exarserūt.

¶ Nona punitio dr gladiationis. C.de adulterijs.l.Cū vir. Et instituta de publicis iudicijs.paphs. Jtez lex iulia. Deutet.xxxij. Gladius meus deuoꝛabit carnes.

¶ Decima punitio dicitur decapitationis. ff. de extraoꝛdinarijs criminibus.l. prima. parapho. Qui puero. Et extra.de excessibus prelatoꝛum.c. Clerici.i Glo.ergo tagliali capo.

¶ Undecima punitio dicitur in-

terfectionis. Et hoc de iure diui-no. Leuit.xx. Qui dormierit cuz masculo : coytu femineo : vterqz operatus est nephas: morte mo-riatur. Et de lege humana.ff.de penis.l.vltimum. Qualitercūqz ferat. Et licet ista lex humana de-ficiat sepe:ab vltione erga sodo-mitam nō puniendo eum: tamen lex ꝛ vltio diuina non deficit. Nā isti pessimi sodomite sepe a diabo lo:ex diuina iusticia suffocant se-pe merguntur:sepe occidūtur: vel morte repentina extinguuntur.

Patet hec veritas in hystoria na tiuitatis iesu christi vbi affirmat: ꝙ illa nocte q̄ xp̄s natus est:oēs per mundum sodomite mortui sunt. ¶ Duodecima punitio dici tur damnationis.i.Cor.vi. Neqz masculoꝝ concubitores neqz mol les:regnū dei possidebunt. Et me rito. Nam dicit dñs Albert⁹ ma gnus in.ij.sen.di.xxxv.ꝙ hoc sce-lus:est ꝯ naturam: ꝯtra rationez: ꝯtra gratiā ꝛ ex ꝯsequēti ꝯtra glo riam. Quo igitur ibunt nephādis simi:spurcissimi: fetidissimi:ribal dissimi:sceleratissimi sodomite: Ad inferno. Al foco eterno. Vñ venerandus doc. Petrus damia n⁹ in libello gomorreano ait. Hoc vitium sodomiticum infernū ape rit:paradisi ianuam claudit:cele-stis ierusalem ciuem:tartarice ba bilonis facit heredez:de stella celi stipulam exhibet ignis eterni.ab-scidit mēbrum ecclesie:ꝛ in ipsum vorax probicit gehēne estuantis incendium:hec ille. Et iteꝝ ibidē. Sodomita enī inter homines in terra despicitur:ꝛ celestium ciuiū ꝯtubernio reprobatur: fit sibi ce-lum ferreum terra enea. Neqz il lud pōt pondere grauatus assur gere :neqz hic sua mala diutius ocultare. Nō hic potest gaudere dum viuit:neqz illud sperare duz deficit:hec ille. vnde cum duo si-mul hoc nephas perpetrarēt: vi-sus est diabolus in forma serpen-tis:ex vase spurcissimo pacientis: hoc ordine. Naz medietas serpē tis remansit in vase patientis: ꝛ al tera medietas circūligauit colluz agentis. Et ita ambos suffoca-uit. Discite o miseri sodomite. O peiores bestijs. O incarnati dia-boli:quantum horribile : quantuz abhominabile ꝛ nephandissimū sit hoc scelus: ꝛ intellexistis quot modis corpus ꝛ animam mortali peccato interficit. Cognouistis acres punitiōes: quibus plecti de bent tm̄ nephas perpetrātes:qui libet igitur vestrum deinceps cō tineat:defleat:corpus maceret:cor rigat sensus ad sanctam confessio nez accedat: placare satagat iram dei. Non expectet vindictaz ꝛ iu

dicium. Si sic facietis: castissimus ille sponsus christus semper adueniam paratus: ex carnalibus feci bus vos liberabit: hic per gratiã ꝛ in futuro per gloriam. Amé.

ℭ Sabbato tertie dominice. De contritione. Sermo. xxxij.



Ade ꝛ amplius noli peccare. Johã. viij. Predicaturus die crastina de sanctissima confessione sacramentali: ad quam sacratissimum tempus omnes inuitat dignissimũ existimaui hoc mane velle aliqd de contritione declarare: que precedit ipsaꝫ confessionem: ꝛ sine qua: ipsa confessio nullam efficaciam: nullamqꝫ virtutem habet ad peccata mortalia delenda. Conuenienter ergo assumpsi verba euangelica a domino iesu christo: non tm̃ illi mulieri adultere: sed ꝛ cuilibet anime contrite prolata: que nullo modo debet amplius peccare: vt dicitur in ipso euangelio hodierno. In quo tria documẽta habemus. ℭ Primum documentũ est: ꝙ sicut christus frequenter visitabat templuꝫ ad honorandum suuꝫ celestem patrem: ita ꝛ nos facere debemus ecclesiam quotidie ante omnia visitantes: ꝛ nos domino cõmendãtes. Hoc patet prima parte euangelij. ibi. Perexit in monteꝫ oliuculo. Et iterum venit in templuꝫ. ℭ Secunduꝫ documentum ẽ: ꝙ quilibet portet secum libellum defectuum ꝛ peccatorum suorum: ꝛ debet legere in suo: ꝛ non in libro proximi sui: sicut faciebant iudei: accusantes mulierem adulteram: ꝛ postergantes innumera scelera sua. Hoc patet ibi. Adducunt ergo scribe ꝛc̃. ℭ Tertium documentuꝫ est: ꝙ debemus compati his qui sunt in peccatis: exemplo domini iesu christi: qui mulieri adultere cõpassus est. ibi. Erigẽs se iesus ꝛc̃. Et sicut mulieri adultere peccata dimisit: ita ꝛ cuilibet vere contrito peccata dimittit. De qua contritione: tria hoc mane consideranda sunt.

ℭ Primo contritionis quiditas.

ℭ Secundo contritionis necessitas.

ℭ Tertio contritionis inducibilitas.

ℭ Primo consideranda est contritionis quiditas. Nam vt colligitur ex. s. Doc. i. iiij. senté. d. xvij. q. ij. Et a. d. Petro de palu. i. iiij. d. xvij. q. i. quinqꝫ diffinitiões dãtur de contritione. Prima ẽ magistralis ꝓm Petrum de taran.

in.iiij. Contritio est dolor volunta rie assumptus cum proposito con fitendi ⁊ satisfaciendi. Et hoc itel ligit quo ad mortale ꝓm Petrus de palu: q: quo ad veniale nõ re quiritur propositum confitendi: nec satisfaciendi: quia põt remitti vbi nõ est satisfactio: sicut in pur gatorio: sed nõ sic pro mortali. Un de non videtur esse in statu salu tis: q hic nõ vult satisfacẽ pro mor tali: sed tm̃ in purgatorio. ¶ Se cunda diffinitio est Augustini. s. contritio est dolor remittẽs pecca tum. Hec diffinitio ꝓm. s. Doc. tã git effectum contritionis. ¶ Ter tia diffinitio est Gregorij. Et est ta lis. Contritio est humilitas spirit⁹ anihilans peccatum inter spẽm ⁊ timorem: ne ꝓm Pe. de palu. aut sit presumptio aut desperatio. Et anihilat quo ad culpam. Et tanta põt eẽ: q anihilat etiam quo ad penam. ¶ Quarta diffinitio est Isidori sic dicentis. Contritio est humilitas ⁊ compunctio mentis cum lachrymis veniens de recor datõe peccati ⁊ timore iuditij. De recordatione peccati ⁊ timore iudi tij ꝓm Tho. tangit principium cõ tritiõis. ¶ Quinta diffinitio ẽ ite rũ ex dictis Augustini. Cõtritio ẽ dolor pro pctis assumpt⁹ ⁊ volũta rius: semp puniẽs qđ dolet cõmi sisse. vbi pro clariori itellectu notã de sunt duodecim ꝯclusiões: qua rũ vz. ¶ Prima ẽ q ꝯtritio ẽ de solo malo culpe: nõ nature nec pe ne: s. ifirmitatꝫ aut tribulatiõis: aut ifamie: aut iferni ⁊ hmõi malorꝫ nature vel pene: ꝫ tm̃ de culpis. Qđ pꝫ ex oib⁹ ꝓbabitis diffini tiõib⁹: q: ꝯtritio agit in pctm̃: sicut in ꝓpriũ obiectũ ad destruẽdum ipsum. ¶ Scđa ꝯclusio q ꝯtritio ẽ de solo pctõ actuali: ⁊ nullo mõ de originali: q: cũ sit actus ꝟtutis pnie: ꝯ solũ pcm̃ actuale ordiatur veniale. s. ⁊ mortale idifferenter: nisi q de mortali necessaria est in pñti. de veniali ãũt hic: vel alibi. ¶ Tertia ꝯclusio q cõtritio non ẽ de pctõ alieno: ꝫ solũ de ꝓprio: ꝫ qs debeat dolere de pctõ ꝓximi: ille tñ dolor nõ ẽ ꝯtritio. ¶ Quar ta ꝯclusio q cõtritio solũ ẽ de pctõ ꝓterito: nõ de futuro: q: ꝫ debeat ꝓponere ab illo cauere: nõ tñ est dolor de futuro malo: ꝫ timor ⁊ cautela tm̃. dolor aũt est de pñti ⁊ de ꝓterito. Quinta cõclusio q cõ tritio debet eẽ de quolibet mortali in spãli: si ĩ spãli hẽatur memoria. Qđ tñ nõ oꝫ de veniali: q: sicut le ues infirmitates aliqñ ꝫ multe sint vna tñ medicina sufficienter curã tur: sed graues morbi spãles medi cinas reqrunt. ¶ Sexta ꝯclusio ꝓm. s. Doc. q dolor cõtritiõis est duplex. s. sensitiuus ⁊ intellectiuus.

Primus est effectus ↄtritiõis. Secundus est ipsa ↄtritio scilicet displicẽtia voluntatis. Sensitiuus debet esse moderatus secundum cõditiões psonarum. Intellectiuus .i. displicentia peccati debet esse maximus nec põt esse nimius. quia offendit maximum bonum scilicet deum: et maximum bonum pdidit paradisum. ¶ Septima cõclusio quod tam dolor ĩtellectualis quam sensitiuus: quando est de singulis pctis: debet esse maior de maiori pctõ: sed quando est simul de oĩbus tamen virtualiter debet esse maior de maiori. Et dolor tam sensitiuus quam ĩtellectiuus debet durare vsque ad morte et cõtinuari quantum possibile est: seruatis actibus aliarum virtutum et sanitate. Nam secundum d. Petrum de palu. tota vita ista est tẽpus ↄtritionis quo ad habitum: sic scilicet quod homo semper debet esse prõptus ad dolẽdum de omni mortali: si ipsum mortale commit teret nisi alias sufficiẽter doluisset. ¶ Octaua ↄclusio quod ↄtritus debet magis velle oẽs penam pati: etiam inferni quam peccare: quia debet potius mãdata dei diligere quam suam penam euadere: tamen de hoc nullus est tẽptandus. ¶ Nona ↄclusio quod ↄtritio debet esse de singulis in principio quando habet quos in memoria: sed postea quantum ad terminum sufficit vna cõis de oĩbus: quia ille motus agit in vi pcedentium dispositionum. ¶ Decima cõclusio quod quelibet ↄtritio: quantumcunque parua: oẽs culpam delet. Et põt tamen intẽdi ex parte charitatis et doloris sensibilis: quod delet oẽm penam et oẽs culpam. ¶ Undecima ↄclusio. Ad cõtritionem de mortali requiritur ppositum nõ peccandi sed de venialibus sufficit actualiter displicẽtia eorum et sue cause. ¶ Duodecima ↄclusio est quod ↄtritio non est post morte: quia requirit dolorem: qui nõ est in beatis: requirit gratiam: que nõ est in dãnatis: requirit meritum: quod nõ est in existẽtibus in purgatorio. Solum igitur est in hoc mũdo vbi inueniuntur ea que ad ↄtritionem requiruntur. Hec cõclusiones extracte sunt a dño Petro de palu. in .iiij. di. xvij. Et a. s. Doc. libro eodem.



Secũdo principaliter cõsiderare debemus ↄtritiõis necessitatem. Necessaria quidem est pcti ↄtritio: sicut oĩs theologorum schola tenet in .iiij. sen. di. xvij. Quam necessitatem triplici rõne declaro.

¶ Primo rõne contrariationis.

¶ Secundo rõne saluatiõis.

¶ Tertio rõne cõpassionis.

¶ Primo dico quod ↄtritio est necessaria rõne ↄtrariatiõis sic. Sentẽtia est phi. ij. metha. Et in libro pdicamẽtorum. Et in p de genera. et cor. Et Gilberti porretani: quod vnum ↄtrariorum expellit alterum. Et in libro de regi-

mine ꝑncipiū dr̃. Oē corruptibile
corrūpit̃ ꝑ actioné sui ꝯ̃rij. Exépli
gr̃a. Sanitas corrūpit̃ ⁊ expellit̃
per infirmitaté: ⁊ econuerso. tunc
sic. Clarū é ꝙ pctm̃ ꝑ cóplacentiā
⁊ delectationé in aiā ītrauit. Un
de phs in. x. ethy. Delectatio te-
net operáté in ope. Et ꝑmo ethy.
Unicuiq; é delectabile id quod
amat ⁊ operat̃: delectatiõi autem
ꝯ̃ria é tristitia: sicut dicit phs. viij.
ethy. Tristitia delectatiõi opposi-
ta é. Cótritio vero cū sit tristitia ⁊
dolor: necessaria é ad expellendā
⁊ delendā delectationé ⁊ cóplacé
tiā peccati: tanquā quoddā ꝯ̃rium
Ergo necessaria é cótritio. ¶ Se
cūdo: ꝯtritio é necessaria róne sal
uatiõis: nullus põt saluari: nisi fue
rit purgat⁹ a pctis. Q̃d sic decla-
ro. Dicit. n. phs in. ij. ⁊. iij. de aīa.
Et in libro de sen. ⁊ sen. Et Comé.
iij. de aīa. Sensus nó decipit̃ cir-
ca ꝓpriū obiectū: cócurrentibus
debitis medijs. s. vt sit dispositio
organi: dispositio obiecti. Exépli
gr̃a. Si oculus debet videre Pe
trū: oportet ꝙ oculus sit sanus ⁊
aer medi⁹ sit a lumīe illustratus: ⁊
vidés sit in cóueniéti distātia posi
tus ⁊ remot⁹. Sic a simili. si aīa de
bet videre deū ⁊ saluari: oportet
vt sit sana ⁊ bñ disposita ꝑ displi-
centiā ⁊ cōtritioné peccatoꝝ. Uñ
s. Tho. in. i. sen. di. iij. ⁊ i ꝑma par.
q. xij. ⁊ trahit̃ ex. xxij. q. xv. ar. iij.
dicit. Ad h̃ vt videat̃ de⁹ nãli co
gnitiõe: oꝫ mété purgari a vaga-
būdis sensibus ⁊ fantasmatibus.
Ad hoc auté ꝙ per fidé cernatur
oꝫ mété purgari ab errorib⁹ ⁊ na
turalib⁹ rónib⁹. Ad hoc vero vt
videatur per essentiā: oꝫ mété pur
gari ab omni culpa ⁊ miseria cor
dis. oris. ⁊ operis. h̃ in sñia vbi. s̃.
Sꝫ hoc nó põt fieri nisi per ꝯtri-
tioné: qua sanat̃ aīa: qua infundit̃
lumé gratie: quod é medium illu
strās: ⁊ qua aīa deo coniungitur.
ergo cótritio é necessaria: dato ꝙ
homo sit in pctó mortali. ¶ Ter-
tio idé probat̃ róne compassiõis.
Dicit enī Petrus de palu. in. iiij.
sen. di. xvij. Nõ debet dolere de
peccato proximi. s. etiam Doc. in
quit super epistolas Pauli. i. cor.
i. Debemus compati ⁊ dolere de
malis. proximi: ad similitudinem
mébrorum. Dum enim patit̃ vnū
mébrum: confluunt ad locum ꝑas
sionis spūs: ⁊ sanguis aliorū qua
si compatientes. Unde Job. xxx.
Flebam quõdam super eum: qui
afflictus erat ⁊ cópatiebatur ani-
ma mea pauperi. Et Apo. i. cor.
xij. Si qd patit̃ vnū mébroꝝ com
patiunt̃ oīa mébra. Et Ambrosi-
us de officijs. lxxxvi. di. c. Non sa

tis dicit sic. Cópatiamur itaqȝ alienis calamitatibus: ⁊ necessitates aliorum quantum possumus iuuemus. hec ille. tunc sic. Si tenemur cópati ⁊ dolere de malis proximorum: multo magis tenemur conteri: cópungi: tristari: ⁊ affligi pro culpis proprijs. Ná ex ordine charitatis tenemur magis nobis ipsis compati q̃ȝ alijs. Vñ Ari. ix. ethy. Amicabilia que sunt ad alterum: veniunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. iuxta illud. Prima charitas incipit a seipsa. ergo necessaria é contritio. Propterea deus per Isa. lvij. c. dicit sic. Qui fiduciam habét mei: hereditabunt terrá: ⁊ possidebũt móté sanctũ meũ: ⁊ dicá. Viam facite: ꝑbete iter: ⁊ declinate a semita. Auferte offendicula de via populi mei. quia hoc dicit dominus. In sancto habito: ⁊ cum contrito ⁊ humili spiritu: vt viuificem spũm humilium: ⁊ viuificem cor contritorum. Et Iere. xv. c. Deducát oculi mei lachrymas ꝑ dié ⁊ noctem: ⁊ nó taceát: qm̃ cótritióe magna có trita est virgo: filia populi mei. Et paulopost. Cognouim⁹ dñe iniquitates nostras: iniquitates patrum nostrorum: quia peccauim⁹ tibi. Et paulopost. Nóne tu es deus noster quem expectauimus. Et eiusdem. xxiij. Contritum est cor meum in medio mei. Contremuerũt oia ossa mea. Unde Bernar. in suis sententijs ait. Sine contritione peccati: sine dolore culpe: sine displicétia iniqtatis: ⁊ sine amaritudine vite preterite nunquá acquiritur celestis vita: nec remissio peccatorum. h ille. Et licet multa sint exempla: necessitatem contritionis insinuantia: tamen vnuȝ tm̃ adduco. Refert Cesarius q̃ quidam iuuenis canonicus parisiensis incontinenter ⁊ delicate viuéns: ⁊ multis implicatus peccatis: infirmatus grauiter cófessionem fecit. peccata exterius defleuit: emendationem promisit: viaticum recepit ⁊ inunctus obijt. In sepultura pósosa: ipse etiam aer famulari videbatur. Post paucos autem dies cuidam familiari suo apparens ⁊ se damnatum asserens subiunxit. Licet confessus fuerim ⁊ communicauerim ⁊ penitentiam promiserim: vnum tñ omisi sine quo cetera nihil ꝓsunt. Cui familiaris ait. Quid illud fuit? At damnatus iuuenis dixit. Vera contritio ad peccati remissioneȝ necessaria mihi defuit. Et ꝑꝑ hoc ad ifernũ suȝ ꝑpetuo deputat⁹. Ex his appet cótritioné: oio fore necessariá. Itaqȝ nemo seipm̃ fallat. Nunquam de

peccato veniã aliquis poterit cõsequi sine ↄtritione. Nunq̃ deũ placare: nunq̃ infernuꝫ euadere. Nunq̃ deniq̃ poterit felicitateꝫ adipisci. hec de secũda parte principali.



Tertio principaliter debemus conside rare contritiõis inducibilitatem: tria sunt que inducunt peccatorem ad contritionem.

¶ Prima iductio dicitur lex naturalis.

¶ Secunda dicit lex spiritualis.

¶ Tertia dicit lex exemplaris.

¶ Primo lex naturalis inducit peccatores ad ↄtritioné. Lumine enim rationis naturalis: quilibet tenetur honorare deum: vt patet per Phm in libro de bona fortuna. Peccator vero dum mortaliter peccauit deum offendit deum ↄtra se prouocauit ꝛ inhonorauit: xp̃m redéptorem contépsit: legeꝫ eius spreuit: meritis passiõis xpi ꝛ sanctoꝝ se priuauit: angelos conturbauit: celũ sibi obserauit: diabolum letificauit: eũ sibi prefecit: suo dominio se subiugauit: se inferis sociauit: grãꝫ spũssancti amisit eius dona neglexit: ad morté eternam semetipsum condénauit. Sꝫ lege naturali inducitur: vt quilibꝫ inhonorans deum: amittens virtutem: ꝛ perdens sũmum bonũ. doleat ꝛ anxietur: studeatq̃ ipsuꝫ deum placare. Et hoc fit mediãte contritione ꝛ penitétia. Sed si de omnibus contritus fuerit: ꝛ displicentiam: dolorẽ: atq̃ tristiciam habuerit: proculdubio deus ꝑpitius sibi erit: ꝛ placatũ seipsi peccatori exhibebit. Hoc sensit Phs i lib. de regimine principũ lib. iij. c. i. in fi. Ad alexandrũ magnum. sic inquiés. Possunt siquidé homines diuinam clemétiã: deprecatõibus: precibus: deuotõibus: ieiunijs: sacrificijs: elemosinis ꝛ multis alijs bonis. de ↄmissis veniam petere: implorantes: ꝛ de reatibus penitentes. Et tunc verisimile é q̃ deus oĩpotens auertat ab eis qđ trepidant ꝛ formidant. hec ille. Et de hoc exemplũ notabile habetur in libro de ꝓprietatibus rerum vbi dicitur. Qđ est quedam auis que vocatur auis paradisi: ob insigné sui pulchritudiné: cuius péne sunt mirabiles adeo vt nullus eis color desit: vox adeo dulcis: vt i homine gaudium ꝛ deuotioné excitet. Hec auis captiuata: irremediabiliter plangit ꝛ gemit: nec antea cessat: q̃ libertati donet. Sic anima hominis dum est in gratia est auis paradisi pulcherrima: q̃ si capitur a demone laqueo peccati ꝫm illud ps. cxxxix. Absconderũt

superbi laqueum mihi. debet plā gere: plorare ⁊ dolere per contritionem ⁊ cōpunctionē cordis quo vsq3 a tot sceleribus a deo liberetur. ¶ Secōm inducens peccatorem ad veram ⁊ perfectam contritionem est lex diuinalis. Multipliciter nāq3 lex diuina ad hoc inducit: sed permaxime vt omittā reliqua: adduco illud in medium: quod habetur Jsa. xiiij. c. Subter te sternet tinea: ⁊ operimentū tuum erunt vermes. Hoc peccatores cōuertit: peccatores illumiat: peccatores saluat. Hoc peccatores ad dei famulatū trahit ⁊ allicit. Legitur enim in vita fratrum predicatorum: aduenisse Bononiam quendam scholarem delicatū ac vltra montanū. Quē supprior sancti dñici eius compatriota iuit visitatū. At scolaris fecit pactū: ne supprior de diuinis loq̄ret. Erat enim in camera pōpatice preparata. Habita igit simul fabulatione de multis: recedēs tandē supprior dixit scholari. Scitis quid scriptū est: de his qui volunt in hoc mundo gaudere: ⁊ inter tot vana ⁊ varias delitias vitā ducere. Rñdit. Quid: Tunc supprior Jsa: xiiij. c. dicit. Subter te sternetur tinea ⁊ operimentū tuum erunt vermes ⁊ hoc dicto recessit. Quod q̄dem verbum mēti iuuenis illius adeo fuit ipressum: vt tota nocte nunq̄3 potuerit quiescere. Vertebat se in lecto: memorās lectū inferni ⁊ dicens. Subter te sternetur tinea: ⁊ operimentū tuum erunt vermes. Mane facto cōpūctus ⁊ inspiratus: mundū reliquit: ⁊ nostrā religionem ingressus est. ¶ Tertius inducens ad contritionem est lex exemplaris. Affirmant phi naturales: auē quandā esse que vocat Arpia: habens faciē quasi hominis. acies quidē3 multū crudelis ⁊ ferox: adeo vt aliquando fame stimulante: hoiē3 inuadat ⁊ occidat: deinde sitiēs: volat ad aquā vt bibat: vbi faciē suā vidēs: ⁊ simile3 sui: nup occidisse recolēs: tāto dolore afficit: q̄ exinde q̄nq̄3 moriatur. Nō pigeat o durissime peccator ab irrationalib⁹ discere. In te relucet ymago diuina iuxta illud. ps. iiij. Signatu3 ē sup nos lumen vultus tui dñe. Sed tāta libidine in peccatū irruisti: q̄ animā3 pulcherrimā: ymaginē: ⁊ splēdorem grē occidisti. Leua igit alas ⁊ ad aq̄s ɔtritiōis euola. Recole scelera tua: plange amarissime ita q̄ in te moriat peccatu3: ⁊ nunq̄3 deinceps redeas ad illud. Sic faciebat ille rex Dauid. ps. vi. d. Laboraui in gemitu meo p singulas noctes lectu3 meū: lachrymis meis stratū meu3 rigabo. Draco

etiã vt dicũt naturales abscondit caput: reliquũ corp⁹ piculo expo nẽs. Sʒ elephas inueniẽs draco nẽ i semitis caput ei⁹ cũ plãta ɔte rit. Et tũc draco maximũ plãctuʒ facit. Plãgat pctõr: q: i eo caput suũ xpʒ: elephas diab⁹ p pctm̃ oc cidit. Strutio q̃ʒ oua sua: i calido puluere relinqt: vt puluis ea fo ueat. Sʒ rediẽs ⁊ a bestijs ɔculca ta reperiẽs: magnũ facit vlulatũ: fleat ⁊ vlulet peccator: q: oua sua .i. merita a bestialib⁹ passionib⁹ ⁊ ɔcupiscẽtijs ɔculcata sũt. De his dr̃ Michee. i. Faciã plãctũ velut draconũ: ⁊ luctũ velut structionũ. Doleat insup ⁊ lugeat peccator: exẽplo pie matris: cui⁹ vnigenit⁹ mortu⁹: ante oculos ei⁹ iacet. Interemit p pctm̃: vnigenitã aiam: que vite celestis: heres erat futura. Hinc propħa. Jer. vi. dicebat Luctum vnigeniti fac tibi: plãctũ amarꝫ. Sic fecit Petrus: q̇ egressus foras fleuit amar̃. Mat. xxvi. Sic vt ad exẽpla moderna trãseamus: fecit scolaris quidã parisieñ. vt recitat Cesarius. Hic enormia habuit peccata: adeo vt pre vere dia nollet ɔfiteri. Tandẽ ɔtritiõe verecundiã supante: cuʒ priori .s. victoris: vellet cõfiteri: tanta fuit i corde eius cõpunctio: tot i eius pectore suspiria: singultus in gutture in oculis lachryme: vt vox defice ret: nec aliqd proferre posset. Dicẽte ergo ei priore: vade ⁊ scribe peccata tua. Scripsit ⁊ redijt: nec sicut prius: voce ɔfiteri valẽs: scriptuʒ tradidit: prior legit. Que taʒ grauia erãt: vt ad habẽduʒ ɔsiliũ de licẽtia eius cuʒ cedula abbateʒ adiret. Sʒ abbas: cũ cedulã vellet legere: in ea nihil reperit scriptũ. Qđ videns prior stupefact⁹ dixit abbati. Sciatis pro certo illũ iuueneʒ in hac cedula peccata scripsisse ⁊ me ea legisse. Sed vt video misericors deus: tantã ei⁹ contritionẽ respiciens peccata oia dimisit. Quod prior ⁊ abbas: iuueni idẽ affirmauerunt: qui cũ magno gaudio recessit ab eis. Doleas igitur ⁊ tu peccator: tantarũqʒ offensarũ penitere nõ renuas. Cõsidera oculo mentali: quid comisisti in deũ tuũ. Audi deuotũ Ber. Debet siquideʒ dolor noster esse acer: q: offendim⁹ deũ creatorem oiuʒ: acrior, q: offendim⁹ p̃reʒ nostrũ spiritualẽ: qui nos pascit multipliciter. Acerrim⁹: q: offendim⁹ redẽptorẽ: qui nos redemit a crudelitate demonũ: a vinculis peccatorum: ab acerbitate tormẽtorum. Hec ille. Jam surgat miser hõ: ⁊ expergefactus suoꝝ criminũ ⁊ scelerũ imanitatem defleat. Jã voluptates seponat. Jam sensualitatibus ⁊ cõcupiscẽtijs renũcie: idua

tur sacco ꝛ cilicio. Caput cinere
opiat:corp⁹ deniqꝫ totū castiget: ꝛ
penitētiū hoium vestigia imitet.
Exeat deniqꝫ ex illecebrosa vita:
vt salutaré ꝯcipiat ꝛ piat cópūctio
né. Ait.n. Chriso.libro ð cópū. Si
cut ipossibile é vt ignis iflamet in
aq̄:ita ipossibile é cópūctioné cor
dis vigē in delitijs. Cōtraria.n.h
sibiīuicé sūt ꝛ peréptoria. Illa.n.é
mat flet⁹:h mr risus.illa cor astri
git:ista dissoluit.illa aīe alas imit-
tit:ꝛ volare ad deū fac. h.n.plóbi
pódus iponit:ꝛ i ifernū ðmergit.
h ille. Ad fletū igit o pctóres. ad
gemitum.ad lachrymas. Clamat
Isa.xxij. Vocauit dñs de⁹ exerci
tuū:i die illa ad fletū:ꝛ ad plāctū:
ꝛ ad caluiciū:ꝛ ad cingulū sacci.h
.s.pgrāꝫ ꝛ in celo p gloriā. Amen.

¶ Dñica q̄rta q̄dragesime. De
cōfessione. Sermo.xxxiij.



Equebat eū mul-
titudo magna. Jo.
vi. Maxima mul
titudo peccatorum
ꝯsiderantiū graui
tatem ꝛ imanitaté scelerꝝ suoꝝ pp
sermones quos preteritis audie-
re diebus:ducti ad verá displicen
tiam ꝛ ꝯtritóem. hoc deuoto tem
pore:sequi iá disponūt dñm iesuꝫ
sacra interueniéte ꝯfessione.q̄ ab
soluunt ab oib⁹ peccatꝭ: q antea
ligati tenebant:per potestaté xpi
sacerdotibus ꝯcessam:ꝛ reddunt
idonei ad xpi sacrm tpe pasce su-
scipiédū. Inqt.n. Leo papa ð pe.
d.i.c.multiplex misedia dei. Me
diator dei ꝛ hoium:hō dñs iesus
xps.hác ꝓpositis ecclesie tradidit
ptáté:vt ꝯfitétib⁹ pnie satisfactio
oné daréť:ꝛ eadé salubri satisfacti
óe purgatos: ad cōioné sacrorꝝ p
ianuá recōciliatóis admitterent.h
ille. Tali ḡ mō h maxia turba pec
catorꝝ:seq̄t dñꝫ iesum:vt dicit the
ma.in hodierno euá. In q̄ tria do
cuméta hém⁹. ¶ Primū docum
tū:ꝙ qs dꝫ esse regulat⁹ in oibus
suis sensib⁹:ꝛ maxie i oculis:nō
eleuádo illos ad curiositates:ꝛ va
nitates. Exéplo saluatoris:q nū q̄ꝫ
legit oculos leuasse:quin aliqd si
gnū admirabile fecerit. Hoc pa-
tet prima pte euágelij.ibi. Cū sub
leuasset oculos iesus.ꝛc. ¶ Scdꝫ
documétū é:ꝙ qcūqꝫ vult saciari
celesti pane pdicatóis scté:necesse
é ipꝫ sedere sup fenū.i.calcare vni
uersas pñtis vite vanitates ꝛ sub
peditare vniuersas mūdanas af-
fectóes. Hoc tangit ibi. Erat aūt
fenū mltū i loco. ¶ Tertiū docu
métū é:ꝙ illi q̄ deuote ꝯfitent:ꝛ
dñꝫ iesuꝫ sequunt: ꝯsolatóes spūa
les recipiūt que sunt p cophinos
duodecim figurate. De qbus ha
bet.iij.p.euá.de hac ḡ ꝯfessióe p
dicatur⁹.iij. pncipalia.ꝯsiðrabi⁹.

¶ Primo ꝯfessionis necessitaté.
¶ Scḋo ꝯfessiõis tarditatem.
¶ Tertio ꝯfessiõis ꝑparabilitaté.

¶ Primo cõsiderare debemus confessionis necessitaté. Dubiuz ꝓponitur querendũ vtrũ ꝯfessio sacramentalis sit necessaria. Hoc quesitum ꝛ hanc difficultatem sol uit.s.: Doc. in.iiij. sen.d.xvij.q.iij. di. Confessio sacramentalis q̃ fit sacerdoti claues habenti: est oĩno necessaria ad saluté eterná Concordat cum eo.d. Petrus de pal. ꝛ Ricar. de media villa in.iiij.d. vt.s. Qḋ triplici lege ꝓbaꝛ.

¶ Primo lege naturali.
¶ Scḋo lege humanali.
¶ Tertio lege euangelicali.

¶ Primo probatur lege naturali cõfessionez esse necessariá. Ubi aduertendũ est: ꝙ naturale diciꝛ duobus modis. Uno modo diciꝛ naturale: qḋ natura dictat simpliciter. Et sic confessio: non est de iure naturali: q: ius naturale é idez apud omnes. Confessio aũt sacramentalis: nõ est eadem apud oés: quia confessio fit ei qui habet claues: que quidem claues non sunt de institutiõe iuris naturalis. ergo nec ꝯfessio sacramentalis. Secundo modo dicitur aliquid naturale qḋ ei a suo creatore imponiꝛ. Et sic oé illud qḋ in lege vel in euangelio ꝯtinetur diciꝛ ius naturale iuxta illud Isidori. Ius naturale est qḋ in lege ꝛ in euangelio ꝯtinetur: vt in decretis.d.i. in principio eo ꝙ deus precipit illud. vnde ex eo cõfessio dicitur esse de iure naturali. q: vt dicit Ricardus. deus ꝑcipit eam implicite in figura. cuz dixit leproso mundato. Uade osté de te sacerdoti. Mat.viij. Et etiá sine figura. in hoc ꝙ non tm̃ potestatem iudicandi in foro exteriori dedit discipulis accipiédá ab alijs mediante Petro cui eam ꝓmisit ante passioné cũ sibi dixit illud qḋ scriptũ est. Mat.xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et post resurrectioné: cum dixit. Pasce oues meas. Jo.xxi. Sed etiá dedit potestatem iudicandi in foro ꝯscientie. nõ tantũ apostolis: quoꝝ sunt epi successores: sed etiá alijs discipulis: quoꝝ sunt successores inferiores sacerdotes. Et illis potestatez oĩbus imediate dedit per seipm̃ cũ post resurrectiõem dixit eis. Accipite spm̃ sanctum: quoꝝ remiseritis peccata remittunꝛ eis: ꝛ quorum retinueritis retenta sunt. Jo. xx. Hoc Ricar. i.iiij. Et sic est cõsonũ nature rõnali seruare eá. Et hoc mõ ꝯfessio est de iure naturali. Qḋ tripliciter declaraꝛ.

¶ Primo rõne directionis.
¶ Scḋo rõne ꝓductionis.
¶ Tertio rõne sanationis.

¶ Primo dico q̄ ꝯfessio est ne-
cessaria de iure naturali rõne dire
ctiõis. Lex.n. naturalis dirigit ho
minē ad ea que sunt de necessita-
te salutis. Sed permaxie vt deū
diligat ꝛ eius voluntati pareat. ff.
de iusticia ꝛ iure. l. veluti: vbi dici
tur. Veluti erga deum religio: vt
patrie ꝛ parētibus pareamꝰ. Itē
lex naturalis dirigit hoiem: vt ha
bet vitā ꝓpriā conseruet ꝛ mortē
fugiat. Phs i. ij. de aia. vnūqdq̄
desiderat assimilari diuino ꝛ icor
ruptibili. Insuper lex naturalis di
rigit: vt quilibet sit liber ꝛ nō ſuꝰ
Esopus. Non bene ꝓ toto liber-
tas vendit auro. Tulius in tertia
Philippica. Ad libertatem nati
sumus: teneamus libertatem aut
moriamur. Et Phs in. vi. Poli.
Opꝰ libertatis est viuere vt vult.
Peccator aūt mortaliter peccans
facit ꝯtra legē nature: q2 nō hono
rat deū suū creatorē: ꝛ nō obedit
ei. Ideo deus eū odit. Eccl. xij. Al
tissimus odio habet peccatores.
Facit cōtra legē nature: q2 occidit
aiam suā auferendo sibi vitam q̄
spūaliter viuit. Ezech. xviij. Ania
que peccauerit ipsa morief. Facit
ꝯtra legem nature: q2 ſuus diabo
li efficitur. Qui.n. facit peccatum
ſuus est peccati. Jo. viij. Tūc sic.
Ille actus quo hō subdit deo: ipȝ
honorando: ꝛ ei obediēdo: ꝛ quo
viuificat: ꝛ quo liber efficit: est de
lege nature: quia illud est opus seu
actus virtutis. Actꝰ aūt virtutꝭ est
a lege naturali vt declarat. s. doc.
xij. q. lxxxiiij. Et in. iiij. sen. Sȝ cō
fessio est actus virtutis quo pctōr
subdit deo: quo viuificat: ꝛ quo
liber efficit. Nā. s. Doc. i. iiij. sen.
Et Petrus de taran. dñt. Cōfite
ri veritatē: qñ. vbi: quō: ꝛ cui oz
est actus virtutis: ꝛ per ꝯñs de le
ge nature. Et ꝓpterea Phs in. ij.
Rheto. dicit. A testificatōe vitaꝫ
nunq̄ȝ est cessandū. Vñ Isido. in
primo libro. solilogoꝝ dicit. Con
fessio viuificat. Confessio peccati
veniā donat: ois spes in ꝯfessiōe
ꝯsistit. In ꝯfessiōe locus miscōie ē
Certissime igit crede: nullo mo-
do hesites: nullatenus de misicor
dia dei desperes: habeto fiduciā:
habeto spem i ꝯfessione. Nō de
speres salutē: si ad meliora ꝯuerte
ris. hec ille. Ergo ꝯfessio est de le
ge naturali. s. ſm q̄ a suo creatore
imponit. ¶ Scđo ꝓbat rõne ꝓ-
ductionis Phs libro de ꝓprieta
tibus reꝝ dicit. Duabꝰ causis vel
pluribus necessario ꝯcurrentibꝰ
ad alicuius ꝓductōem effectus de
ficiente vna deficit ꝛ effectus. Ex
emplū. Ad generatōem filij ꝯcur
runt quattuor cause. s. pr̄ generās
mater ꝯcipiēs: sol vtrāqȝ substan
tiā coagulās: deus qui alijs vtutē

generādi tribuit. Si vna istarum causaꝝ deficit: deerit ꝛ generatio. Hoc supposito. Certū ē ƀꝫ theo. ꝛ marie. s. Tho. in. iiij. sen. d. xvij. ꝙ ad remissióēꝫ peccatoꝝ: q̃ttuor ꝯcurrūt cause. Prima est cā efficiens: ꝛ h̄ est solus deus. Luc. v. Quis pōt remittere peccata nisi solus deus? Nā solius dei ē creare grām: qua peccata dimittūtur. Secūda est cā meritoria. Et h̄ est xp̄s. Per morté. n. suā meruit vt culpa nob̄ remittat̄ Apo. i. Lauit nos a peccatis nr̄is i sanguie suo. Tertia est cā instrumētalis. i. sacerdos: qui absoluit ex impio christi: ꝛ peccata dimittit̄ Matth. xviij. Quarta est cā subiectiua. i. pctōr: qui ex humilitate dꝫ se subicere, vicario xp̄i. i. sacerdoti: ꝛ ei sua reuelare peccata. Si ergo aliqua istaꝝ cāꝝ deficit: n̄ remittit̄ pctm̄. ergo ꝯfessio necessaria est ad salutem. ¶ Tertio idē ꝓbat̄ rōe sanatōis. Nā videm⁹ ƀm nāꝫ: ꝙ nulla infirmitas pōt medelā recipe: si medico occultet̄. Et iō opoꝛtet medicū videre signa infirmitat̄: vt manifesta ei⁹ infirmitate: facilius ꝛ cōmodius: remediū adhibeat. sic ꝛ vulnus nō pōt curari: nisi medico patefactū. Hoc dixit phȳa Boe. egroto: vt habet̄ in primo. de⁹ so. Phyca. Si operā medicātis expectas: opoꝛtet vt vuln⁹ detegas. Ecce igit̄ ꝙ lex naturalis dictat: vt medico oñdas tuā coꝛpalē ifirmitatē. Si h̄ ꝓ infirmitate coꝛpali a foꝛtiori ꝓ ifirmitate aīe. Ex quo igit̄ es tot peccatis moꝛtalib⁹ vulneratus: ꝑge ad medicū. i. ad sacerdotē. oñdēs tuas moꝛtales plagas q̄bus aīa tota vulnerata est: ꝛ dic. Pr̄ vide caput meū vulneratuꝫ de le moꝛtal ferite. de la superbia ambitōis. ꝓsumptōis. ꝛ arrogātie. Vide pr̄ oculos vulneratos curiositate. aures plenas delectatione vana. de soni iochi e canti. Linguā detractione. murmuratōe. loquacitate. blasphemijs. maledictōib⁹. mēdacijs. piurijs. O quot vulnera. O quot plage ꝛ langoꝛes sunt in ista ligua. Vide plagas gule. qꝛ nō q̃dragesima. nō ieiunia ecclie. nō sexta feria. Nō tēpantia nō pcitas est in me. Ecce coꝛpus meū totū deditū ocio. luxurie. lasciuijs. ꝛ delectatōibus. Vide coꝛ meū plenū suspitōib⁹. iudicijs temerarijs. malis cogitationibus. adeo vt vix aut raro possim cogitare bonum de aliquo. Vide manus infirmas in pcutiēdo mō illū mō istū: in auferēdo aliena i retinēdo. Vide pr̄ vulneratos pedes. velociter currēdo ad malū in sociādo alios ad malū. Pater ꝛ medice spūalis. ꝓ dio cognosce ꝛ subtiliter respice: qꝛ a plāta pedis vsqꝫ ad summuꝫ

capitis non est in me sanitas. se-
cundum illud Isa. i. c. Ergo con-
fitere et dic illud ps. Sana animã
meam quia peccaui tibi. Et Iere.
xvij. Sana me domine: et sanabor
saluum me fac: et saluus ero. Un
de Augustinus. diffiniens con-
fessionem. Et. s. Tho. s. di. xvij.
dicit. Confessio est per quã mor-
bus latens: spe venie aperitur. Et
Gregorius. Confessio est pecca-
torum detectio et eruptio vulne-
ris. Et Ray. dicit. Confessio est
legittima coram sacerdote pecca-
ti declaratio. Audi Augu. libro. l.
Homel. Homelia. xij. Sanat te
deus. Cõfitere tñ vulnus tuũ. Ia
cẽs sub manibus medici patiẽter
iplora auxiliũ. fouet. torquet. secat
equanimiť tolera. Noli attẽdere
nisi vt saneris. Sanaberis autẽ si
oñdas medico: nõ qz ille nõ videt
si tu ei abscondas. sed qz ipsa con-
fessio mediũ sanitatis est. hec ille.
Ergo cõfitere. ¶ Scd̃o declarat
ↄfessionẽ esse necessariã lege ca-
nonicali siue humanali. Sctã mr̃
ecclesia in cõcilio generali sub In
nocentio. iij. Instituit et p̃cepit: vt
quilibet sacramentaliter ↄfiteatur
vt in. c. Omnis vtriusqz sexus. de
penitentijs et remis. vbi sic dicit.
Ois vtriusqz sexus fidelis: postq̃z
ad annos discretionis peruenerit
oĩa sua peccata saltẽ semel in ãno
fideliter ↄfiteatur proprio sacerdo-
ti. et iniunctã sibi pniam proprijs
viribus studeat adimplere: susci-
piens reuerenter ad minus in pa
schate eucharistie sacr̃m: nisi forte
de proprij sacerdotis consilio. ob
aliquam rationabilem causam ad
tempus ab eius perceptione du-
xerit abstinendum. Alioquin et vi
uens ab ingressu ecclesie arceať:
et moriens ecclesiastica careat se-
pultura. hec ibi. Hanc autem an-
nuam confessionem ecclesia sta-
tuit: triplici ratione vt ait. s. Boc.
in. iiij. senten. tum vt quilibet se
peccatorem cognosceret: quia om
nes peccauerunt: et egent gratia
dei: tum vt cum maiori reueren-
tia ad eucharestiam accedat: tum
vt ecclesiarum rectoribus: sui in-
notescant: ne lupus inter gregem
lateat. Anni vero discretiõis sunt
illi anni: in quibus potest homo
peccare mortaliter vt plurimum.
Et hoc est cum est doli capax:
quia tunc potest peccare. Qd̃ se-
cundum gl'o. est in septennio. Ex-
tra de delictis puerorum capitu-
lo primo. Et alius: vt habetur de
pe. d. i. Iudicet seipsum homo:
voluntate dum potest: et mores
conuertat in melius. ne cum ip-
se iam non poterit: preter vo-
luntatem a domino iudicetur.
Et cum in se protulerit seueris-

sime medicine:s; tñ vtilissime sen tentiá. Veniat ad átistites:p quos illi claues in ecclesia ministrátur: tanq̄; bonus iam incipiés esse fili us maternoꝝ mébroꝝ: h ibi. Ite rũ. Aug. in lib. de pe.d.i.ait. Qué penitet: oino peniteat: ⁊ doloré la chrymis ostendat. Repsentet vi tam suá deo: per sacerdotes pue niat iudiciũ dei per ꝯfessioné. pre cepit enĩ dñs mundandis: vt oñ derent ora sacerdotibus. docens corporali penitentia ꝯfitenda esse peccata: nó p nunciũ: nó p scriptuʒ mãifestáda. hec ibi. Et de pe.di.i. Voluissent. paglo. ex his. Itaq; apparet q sine cófessione oris ⁊ satisfactióe opis: pctm̃ nó remitti tur. Et Ambr. libro de padiso. de pe.di.i. Nó pót quisq̄; iustificari a peccato: nisi fuerit pctm̃ ante có fessus. Item. Io. saureũ. Iteꝝ de pe.di.i. Nó pót quis gratiam dei celestis accipe: nisi purgatus fue rit ab omni sorde peccati per pnie cófessioné: p donum baptismi sa lutaris. Et ibidé.c. Taciturnitas. Nec ergo vbi é taciturnitas con fessióis venia sperãda é criminis hec ille. Obtéperet igr vnusq̄sq; huic ecclastico pcepto: ⁊ peccata sua hũiliter confiteat q: miti⁹ agit cũ cófitéte q̄; cũ couicto: vt pʒ.ff. de fur.l. Quia ea méte. Et i epl'a iter claras. C. de sum.tri. vbi dr. Eccl'a nunq̄; claudit gremium re deũti. Et i.c. Pctm̃. de regu.iur. lib.vi.ff.de adul.l.i.⁊.l. Si adulte riũ.⁊.ff.de suis fugitiuis.l.i.pa pho.i.⁊.ff.de aliena.iudicij mutá di cá facti.l. Ex h edicto. papho. penul.⁊.ff.de pu.l.i.papho. Q̄ð si fecerit. Bartholus facit distin ctioné i.l. Qui ea méte. ff.de fur. q: aut loquimur i foro diuino: aut humano: ⁊ in vtroq; foro: cũ cófi tente mitius agit. Hoc idé pʒ in decretij.d.xxiiij.c.finali.d.l.c. Pres byteꝝ.d quo nos fraternitas tua latoris psentiuʒ legatióe cósuluit: nulla róe in sacro ordine: post la psum aut pmanere: aut reuocari posse cognoscat: circa qué tñ mi tius agendũ é: q: cómissuʒ facin⁹ facili dr ꝯfessione cófessus. h ibi. Xij.q.i.c. Non dicatis. Et infra. Quicunq; in tm̃ pgressus fuerit malum: vt occulte litteras ab ali quo vel q̄libet munus accepit. si hoc vltimo cófitet: pcat illi ⁊ oret p eo. Si aũt deprehendit ⁊ cóuin cit: sm arbitriũ epi vl presbyteri vel prepositi grauius emédetur. hec ibi.ij.q.i. In primis.xxvij.q.i. Virginé. in Glo.i.xxviij.q.i. Iaʒ núc. Extra. de symonia.c. De h. De electóe.c. Innotuit. Hac igit lege canonica pʒ necessitas ꝯfes sionis. ¶ Tertio pbat cófessióis necessitas lege euangelicali. Pro

cuiusītelligētia: nota silitudinem. Si qs vellet igredi domū vel palatium: cuius ostiū esset clausuz de beret recurrere ad ostiariū: q hz claues vt sibi apiat: ⁊ sic ingredi posset. Sic in ꝓposito: manifestū est.n.ꝙ per petm̄ mortale: claudit peccatori ostiū padisi. vñ pōt dicere peccator illō. Jere.xxxvi. Ego clausus sum: nec valeo ingredi domū dñi Si igit peccator vult intrare in vitam eternā: oꝫ vt recurrat ad eos q habent claues cuiusmodi sunt sacerdotes: quib⁹ dñs dixit. Matth.xvi.⁊.xviij. Quecūqꝫ ligaueritis sup terrā erūt ligata ⁊ in celis. Et quecūqꝫ solueritis in terrā: erunt soluta ⁊ in celo. Et Jo.xx. Quoꝝ remiseritis peccata remittunt eis. Et quoꝝ retinueritis retanta sunt. Has aūt claues principaliter dñs tradidit petro. di. Mat.xvi. Et dabo claues regni celoꝝ. Et di.xxij.c. Sacrosancta. ipsi.n. sacerdotes Petri ⁊ aploꝝ successores: sunt iudices ⁊ vicarij xpi in terra. hñtes ptātem ligādi ⁊ soluendi. Nam cui ꝯcedit p̄ncipale: ꝯcedit accessorium: vt de electiōe.c. Venerabilē. Et d fide instroꝝ.c. Inter dilectos. Et de ꝯstitutionibus.c. Nam concupiscentiaꝫ. Et de foro cōpetenti.c. Si diligēti. Christus gloriosus cōcessit ⁊ dedit potestatē sacerdotibus absoluendi ⁊ ligādi peccatores: vt pꝫ.s̄. Ergo ꝯcessit eis ⁊ accessoriū qd̄.s. est cognoscere: scire: ⁊ itelligere peccata: sꝫ peccata sciri nō pñt in foro ꝯscie: nisi reuelent p ꝯfessionē: vt pꝫ. de symonia.c. Sicut. Ex lr̄is.⁊.c. Tua nos. Et d̄ pnia. et co.c.ij. Et.xxxij.d. Erubescāt. Et.xxxij.q.v.c. xpiana.xxxvi. q.i.c. Si oīa. Propterea ait xps. Mat.viij. Et Luc.xvij. Ite ostēdite vos sacerdotibus. Nota ite. ꝯ illos qui sani sunt ⁊ possunt ad ecclesiā ire. Alij expectāt qñ infirmant ⁊ tunc volūt ꝯfiteri: sed diabolus apponit aliud ipedimētū: ꝓpter qd̄ ꝯfiteri nō possunt. Secundo dr̄ ostēdite: ꝯ illos q̄ dicūt. pater iterrogetis me. Nō recordor ego d̄ peccatis meis: tū d̄ peccatis vicini vel primi bene recordant. Quidā aut sunt ita dispositi ꝙ nisi iterrogent de peccatis nō dicūt. Tales nullomodo veniā cōsequi possunt: dꝫ ergo peccator totum cor suū in ꝯfessione aperire iuxta illud. Tre.ij. Effunde: sicut aquā cor tuū āte ꝯspectū dñi. Nota, sicut aquā. peccata.n. que latēt i corde: totaliter deberēt dici: sicut aq̄ totaliter effūdit de vase: ita ꝙ nec colori. nec sapori. nec odori. nec aliqd̄ vestigium remanet in vase de aqua. Tertio dicit vos: nō accusando alios: sicut fe-

cerunt Adã ꝛ Eua. Quarto di-cit.sacerdotibus. Alijs nãqꝫ non sunt ↄcesse claues. vñ nõ possunt absoluere nisi sacerdotes: etiãsi esset. Jo.baptista.vel ṽgo maria. Pergat igit peccatoꝛ ꝛ ↄfiteatur sacerdoti habẽti claues paradisi ꝛ eius subijciat ptãti: inuocans au ctoꝛitatem clauium suaꝝ ꝛ dicẽs. Apite mihi poꝛtas iusticie ꝛ igrel sus in eas cõfitéboꝛ dño: h̃ poꝛta dñi iusti itrabunt in eã.ps.cxij.vñ Ambro.Cõfessio a moꝛte animã liberat.Cõfessio spẽ salutꝫ tribuit: qꝛ nõ meret iustificari qui in vita sua peccatũ nõ vult ↄfiteri. h̃ ille. Ecce igitur necessitas ↄfessionis. triplici lege declarata:hãc qui nõ obs̃uat.si põt:pculdubio dãnabi tur.Qð multis exẽplis oñdo.Le git de quodã merchatoꝛe vsura-rio.q̃ cũ venisset ad moꝛtẽ ꝛ mo-neret ad cõfessionēꝫ:ꝛ ille audire renueret:q̃dã ex astantibꝰ dixit ei.Scias te eẽ dãnãdum si nolue ris ↄfiteri ꝛ restituere alienũꝫ. At illuꝫ ferunt hoc tm̃ dixisse. Ego ꝓ babo si vera sunt que dicis. Nõ ↄfessus vitã finiuit:ꝛ sicut dixit:ꝓ baturus accessit. Aliud exemplũꝫ de quodã merchatoꝛe: quẽ cũ ali qui exhoꝛtarent vt testm̃ ↄderet: ꝛ de aĩa sua disponeret. respõdit. Quid expedit.:confiteri ꝛ testm̃ ↄdere: Relinquo bona mea pa-pe ꝛ animam meam diabolo. Et sic obijt. atqꝫ in iferno sepultus ẽ. Refert etiã Jacobꝰ de vitriacho q̧ quidaꝫ diues laboꝛans in extre mis.cepit multum ↄtristari.dole re ꝛ aĩam suam rogare vt rema-neret. ꝛ ipse eam bene ꝓcuraret. auꝝ ꝛ argentum. ꝛ oẽs delicias ei dare ꝓmisit. Aliogn pꝛo ea ni-hil daret.Tandẽ vidẽs q̧ aĩa nõ remaneret.iratus ꝛ idignatus ni mis ait.Anima bonuꝫ hospicium tibi parauerãm.sed ex quo ita fa tua es q̧ nõ vis remanere. omni bus demonibus inferni te cõmen do. Et sic moꝛiens poꝛtatus est in infernum. Insuper legitur.q̧ cuꝫ quedã ↄiuges pꝛolem habere nõ possent.deo se voto strinxerunt.si eis pꝛolẽ daret eius obsequio mã ciparent.Habito masculo. cuꝫ ad debitam puenisset etatem. factus est religiosus. Maritus aũt diu peregrinando extra domum fuit. Vxoꝛ vero interim.filiuꝫ ex adul terio concepit. peperit ꝛ occidit. Cum frequenter hec misera cõ-fiteretur ꝛ sacramẽta perciperet. pꝛe verecũdia hoc peccatũ mani festare nunq̃ꝫ voluit.Unde moꝛ-tua dãnata est. Audiens filiꝰ mo-nachus ꝛ iam sacerdos factꝰ. mis sas gregoꝛianas:pꝛo anima ma-tris dicere cepit. Celebrãti semel apparuit in altari: spectaculũ hoꝛ

ribile: quod coniurauit: vt quid esset fateretur. Respondit. O fili mi. Ego sum infelicissima mater tua. At ille mētiris: q: mater mea deuota erat: ⁊ sepius cōfitebatur: ⁊ elemosynas faciebat. Tunc mater ostendit ei vbera: que a duobus serpentibus deuorabantur ⁊ dixit. Scito fili mi hec esse vbera que suxisti. Veruntamen eternis cruciatibus deputata sum: eo ꝙ adulterio perpetrato ⁊ homicidio: nunquam confiteri volui. His dictis disparuit: fetorem magnum ibi relinquens. Confiteatur iam vnusquisqꝫ: scindantur corda vestra: moliantur pectora saxea. Aperiantur putei fetulenti: proiciantur stercora peccatorum. Camere conscientiarum emundentur: laxentur ora: ⁊ pandantur occulta: prouoluant se peccatores ad sacerdotis pedes humiliter ⁊ constantissime confitentes: alias nullus eorum saluari poterit: finis. Quia sermo prolixior fuit adeo vt sufficiat prima pars principalis. Si videtur predicatori poterit pro sermone post prandium assumere hoc thema: ⁊ exordium: ⁊ ita presentem sermonem complere.

¶ Continuatio sermonis. De confessione.



Magna multitudo. Iohā. vi. Consueuit animus meus nonnunqꝫ admiratione teneri: cum non ignorem multos ante me: in hac generosa ciuitate vestra diuini verbi fuisse precones: qui veluti tube resonantes: aures vestras clamoribus repleuere. ostendentes: quanta tormenta preparata sunt his qui a peccatis resurgere nolunt: ex hoc animantes vniuersos vt ad sacramenta: confessionum properare vellent. Per meipsum quoqꝫ diebus elapsis: idem repetitum est: qui tamen hincinde: circunspiciens: paucos ad ipsam confessionem accedere video. Unde compellor huiuscemodi rei causam diligentia summa inuestigare: veluti ⁊ antiqui Phylosophi: qui propter admirari ceperunt philosophari: idest inquirere ratiōes ⁊ causas effectuum. vt inquit: peripateticorum princeps Aristo. primo. Methaphisice. Ex ignorantia enim nascitur admiratio. Unde videntes tempore veris campos florescere: arbores ex se folia fructusqꝫ proferre: ac eadem hyemali tempore veluti cōbusta manere: compulsi sunt tan-

rorum effectuum causas subtiliter indagare: arbitrātes vnūquodqꝫ se tunc perfecte scire: cū causas cognoscerēt: vti firmabat ⁊ ipse Ari. primo posterioꝝ. Nā scire ē rem per cāz cognoscere: vt iterū Ari. primo posteriorum affirmat. Et sicut ipsi phi: post subtilem inuestigationem ad cognitionē causaruꝫ tandē deuenere ita ⁊ ego: post maximā admirationem: inuenio rationem: cur miseri peccatores tantum differunt ad sacram cōfessionem accedere. Inuenio igitur ꝙ nihil est aliud nisi quedam diabolica cathenatio: qua vt inquit the ma: magna multitudo supple detinetur ⁊ cathenatur ne suum confiteatur peccatū. In hac igit̃ scđa parte principali que vocat̃ tarditas cōfessionis: tres diaboli cathenas ligantes retardantes ⁊ impedientes peccatores ne confiteant̃ contēplabimur.

Prima ē verecundia cōfitendi.
Scđa est torpor prestolandi.
Tertia ē horror satisfaciendi.

Prima cathena qua peccator a cōfitendo retardatur ⁊ impeditur ē verecūdia confitendi. Ubi aduertendum ꝙ phs. ij. ⁊. iiij. ethycoꝝ. Et s. Doc. xxij. q. cxliiij. ar. i. dicit verecundiā non esse virtutem. Sꝫ vt Damascen⁹ ait in. ij. li. ⁊ Grē. niscen⁹. Uerecūdia ē timor in turpi actu perpetrato. Et s. Doc. s. Uerecūdia ē timor turpitudinis exprobrabilis ⁊ principaliter respicit vituperiū. Maxime autē verecūdantur hoīes de actibus venereis etiā in matrimonio ⁊ de signis eorum. s. s. Doc. vbi supra. Hac igitur verecundia dyabolus retrahit peccatores ne confiteant̃. Nam appropinquāte tēpore pasce: quo hō tenet̃ confiteri. tūc diabolus qui primo in peccando abstulit velamen ruboris: erubescentie ⁊ veracūdie restituit velamen immittēdo pudorē: quo nullo modo peccator audeat confiteri: nisi forsitan verbis paliatis: truncatis aut nō intelligibilib⁹. maxie quando peccata participāt plurimū de turpitudine. Legit̃. n. ꝙ quidam vir sanctus vidit diabolū inter penitētes stare. Et interrogatus qd faceret. ait. Reddo illis: quod eis peccando abstuli. s. ruborē ⁊ verecundiā: vt his detenti non ↄfiteātur peccata sua. Hac cathena verecundie ligatur lingua vxoris scelerati abutentis ea. ⁊ facientis de corpore eius corpus meretricis. Cum hac cathena ligatur lingua sodomite. s. viri cum viro aut femine cum femina coeuntis cōtra naturā. Cū hac cathena ligat̃ ligua viri vel femine coeuntis cum brutis. Quod scelus tm̄ exhorret de⁹

nare potuerunt: immo omnes diuitias eorum alienis dimiserũt. Job vigesimo septimo. Diues cũ dormierit nihil secuz afferet: aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet. Et idez decimo septimo capitulo. Conclusit gemendo sic inquiens. Solum mihi superest sepulchrũ. ¶ Quarto mors non potest euitari propter sanctitatem. Adeo mors rapacissima est: vt neqz virtutem: neqz sanctitatem vereat. Patriarche quãuis maxima deuotione pollerent: eos tamen rabida mors expugnauit. Preualuit aduersus diuinos prophetas. Mortui sunt sanctissimi apostoli. Mortui sunt inclyti martyres. Mortui sunt confessores lucidissimi. Mortui sunt eremplares heremite. Mortue sunt illibate virgines. Quid alios cõmemoro? Mortuus est ⁊ ille sanctus sanctorum redemptor noster verus deus ⁊ verus homo. Mortua est ⁊ mater eius gloriosa ⁊ intemerata: ac totius mũdi ⁊ celoruz domina. Unde Chrisostomus in persecutione positus per Theophiluz Alexandrie episcopum. hec verba protulit sociis dicens. Dixi vobis. Uia est vita presens: cuius ⁊ tristitia ⁊ leta pertranseunt: Nundine sunt que cernimus omnia. Uendimus ⁊ emimus: modo diuertimus. Non patriarchis meliores sumus. Non prophetas ⁊ apostolos antecellimus: vt immortalis nobis hec vita permaneat. hec ille. Quis ergo non defleat: non ploret: non lachrymetur cum iam certissime cognoscat se non posse euadere mortem crudelem ⁊ amaram? Non certe per potentiam. Non per scientiam: non per diuitias: non per sanctitatem. O mors crudelis. O mors rapax. O mors tyrannica. O mors amara. de qua ait Eccle. xli. O mors q̃z amara est memoria tua. Amara inquam: quia tu coniuncta disiungis: sociata separas: conglutinata dissoluis. Amara: quia filium rapis a patre: a matre fi iam tollis. Amara: quia vxorem a viro: ⁊ virum diuidis ab vxore: fratrez a fratre: amicum ab amico: vicinum a vicino rapere non desistis. Amara: quia ab homine aufers visum: tollis auditum: odoratum: gustum: tactuz. Amara quia relinquis corpus turpe: deforme: horribile ad videndũ: vt oẽs terreantur ad cadaueris aspectũ. Quod sit veruz aspicite hic. Habeas caput mortui horribile ⁊ defor-

me quãtũ possibile é: ꝛ illud pplo ostẽde dicẽs: versus pplȝ. Quid in hac vita isto spectaculo horribilibus. O caput vbi sunt capilli tui flaui: tanta diligentia nutriti. Ubi lucẽtes oculi. Ubi decora facies. Ubi tersa frons. Ubi rubicũda labia. Ubi dentes. Ubi lingua loquax. Ubi palatum. Ubi guttur. Ubi cerebrũ. Ubi intellectus agẽs. Ubi itellect⁹ passibil'. Ubi memoria. Ubi voluntas. Ubi altũ ꝛ subtile ingeniuȝ. Ubi sensus cõis. Ubi imagiatio. Ubi excogitatiua potẽtia. Ubi aĩa tua florida: ꝛ candẽs. Ubi candidum pectus. Ubi mollissime manus. Ubi deniqȝ corpus tuuȝ egregie organizatum respondituR. Hec mihi: quia mors amara: mors rapax: mors crudelissima his omnibus me priuauit. Et vt me videtis tam deforme ꝛ tam horribile me dereliquit. Quod ꝛ similiter mors ipsa de vobis faciet cum nemini parcat. Ideo conemini virtuose viuere: vt corpore terre relicto: saltem animam celo locare possitis.



Ertio principaliter mortis cõsiderare debemus dolorositatẽ. Maxim⁹ nẽpe dolor ꝛ maxima tristicia causaẗ i mẽte morientis: qȝ maxime pctõris: cũ ↄspicit se priuari maximis ꝛ potissimis bonis: que supra oĩa in vita dilexerat: quorum. s. primum est.

¶ Primum forma substãtialis.

¶ Scõȝ gloria mundialis.

¶ Tertium abundantia temporalis.

¶ Primũ igiẗ bonũ cuius priuatione moriẽs: acerbissimũ doloreȝ patiẗ: é forma substantialis. s. aĩa. Nã ipsa aĩa quãtũ ad suá essentiã vt Phs ait. in. iij. de aĩa: est tota i toto: ꝛ tota in qualibet pte corporis. Uñ non est aliqua ps sic puaẗ sic vilis in corpe humano: qñ viuit: in qua nõ sit tota aĩa essentialiter ꝛ p suá naturã. ꝛ nõ é soluȝ in cerebro. vel capite. vt dixerũt quidá reprobati a Pho in. i. de aĩa. sȝ tota indigito pedis. tota idigito manus. tota i capite. Et breuiter tota est vbiqȝ essentialiter. vtens sensibus exteriorib⁹ ad suas operationes. Uñ Aug. i. vi. de tri. c. xix. ait. Creatura quoqȝ spũalis sicut est aĩa. est quideȝ i corpis cõparatiõe simplicior. sine cõpatiõe aũt corporis multiplex est. etiá ipa nõ simplex. Nã ideo simplicior é corpore. qm̃ nõ mole diffunditur p spacium loci. sed i vno corpore. ꝛ itoto tota est. ꝛ i qualibet parte eius tota est. hec ille. Sed in pia morte sceuiente. totum hec natura

le bonum deſtruitur ⁊ anihilatur.
vſqꝫ a deo. vt ipſa aia nó ſit in cor
pore: nec eſſentialiter. nec virtuali
ter. nec in toto corpore. nec in ali-
qua parte ipſi⁹ corporis. q: ab eo
totaliter aufert ⁊ ſeparatur. deſe-
rens omnes ſenſus iteriores. ⁊ ex
teriores. q: nó amplius videt. non
audit. nó odorat. nó guſtat. nó pal
pat ⁊ huiuſmói. O qualis dolor:
qñ aia ſeparatur a corpore. Ma
gnus vtiqꝫ dolor: magna afflictio
magnú tormétuꝫ eſt í eius ſepatio
ne. Eſt. n. ſnia taꝫ Phorꝝ qꝫ theo
logorꝝ. qꝫ in tota rerꝝ natura non
reperit tá intéſus amor: qualis é
íter aiam ⁊ corpus naturaliter lo
quédo. Adeo vt aie ſanctorꝝ ſem
per deſiderét ſuorꝝ corporꝝ vnio-
nem: q: ad ipſa ſua corpora: quen
dá naturalé appetitum hñt vt ait
Aug. xij. ſup. Geñ. ⁊ ſ. doc. in pri-
ma ſecúde. q. iiij. ar. v. Reperiút
eniꝫ ſummi ⁊ intéſiſſimi amores
in hac vita: vt pr̃is ad filiú: ⁊ vxo
ris ⁊ ad virú: ⁊ huiuſmodi. Ubi
aút inuenit vehemés amor: in pri
uatione ipſi⁹ boni: inuenit ⁊ vehe
més dolor. Cú ergo inter animá
⁊ corpus ſit maximus amor: ſeqt
qꝫ in eorꝝ ſeparatione interueniat
maximus dolor. Nam ſm Augu
ſtinum: dolor in amore fundatur.
In tali enim ſeparatione vt pul-
chre pſequitur: dñs Petrus da-
mianus in quadam epiſtola do-
let caput: dolet cerebrum: caligan
tur oculi: aures obſurdeſcunt: lin
gua ingroſſatur: intellectus obú-
brat: memoria hebetat: facies pal
leſcit: ſupercilia deprimuntur: na-
res ſubtiliátur. Contremiſcit cor:
debilitantur mébra cuncta: ⁊ con
quaſſantur viſcera. Moriés cla-
mat: ſuſpirat: gemit: eiulat dicens.
Heu heu: oy: oy: ha ha ha. O
quanta anxietas. O quanta triſti
cia. O qꝫ magna eſt anguſtia in
tali ſeparatione. Si enim in inciſi
one vnius membri: tanta eſt paſ-
ſio qꝫ multotiens fit ſpaſmus: co-
gita quantus eſt dolor in tota ani-
me diſiunctióe. Quis exprimere.
Quis enarrare: quis perſuade-
re poteſt doloris acerbitatem ⁊
ſpaſmum in diſſolutione anime a
corpore. Certe nullus. Unde ſan.
Doc. iu. iiij. ſenten. diſtin. xliiij. q.
.iij. dicit. qꝫ mors in quantum pri-
uat primo bono. ſ. eſſe quidem eſt
bonum naturale: eſt maxima pe-
narum. Hoc confirmat Phylo-
ſophus in. iij. Ethicoruꝫ. c. xv. vbi
dicit. Terribiliſſimum aút mors.
Et in libro de ſpiritu ⁊ anima di-
citur. Anima recedens a corpore
trahit omnes potentias ſecú: ſen-
ſum: ymaginationem: rationem:
intellectum: intelligentiam: concu
piſcibilitatem. Et his ſm merita

afficitur ad dolorem ⁊ delectatio
nem. ¶ Secundum bonū in hac
vita est gloria mūdialis. Hoc bo
num maximuꝫ: ⁊ mundum ab ho-
minibus appetitur. Unde Oui-
dius in.iiij. libro de tristibus ait.
Deniqꝫ non paruas animo: dat
gloria laudes. Et facunda facit pe
ctora: laudis amor. Et Tuliꝰ. Ho
nos alit artes: quiqꝫ ad studia ac-
cēduntur gloria. Et Gregoriꝰ.xix
libro moraliū. ⁊ in decretis. distin.
xlvij.c. Omnes huius seculi dile
ctores: in terrenis rebꝰ fortes sunt:
in celestibus debiles. Nam pro
temporali gloria: vsqꝫ ad mortem
desudare appetunt: sed pro spe
perpetua nec parum quidem in
labore subsistunt: hec ille. Sꝫ quo
tandeꝫ pergit tanta gloria: tantus
honor: tanta fama: tanta celebri-
tas: ⁊ tam tumida excellētia. Cer
te ad nihilum: quia mors crude-
lis: eam ab omnibus aufert.
Quos enim vita gloriosos sub-
stulerat: mors ignominiosos de-
iecit. Unde Ysa.xl. Omnis caro
fenum: ⁊ omnis gloria eius quasi
flos agri. Exsiccatum est fenum ⁊
cecidit flos. Legitur enim de Ale
xandro magno: qui in vita tam
excellens ⁊ gloriosus extitit: ꝙ la
pis quidam sibi fuit missus: qui
positus in vna parte statere. pon
derabat plus q̄ꝫ omnia quecūqꝫ
poni possent in alia parte. Posi
to vero puluere super lapidem.
minus ponderabat. q̄ꝫ q̇dcunqꝫ
aliud. quod poni posset ī alia par
te statere. Quod videntes etiam
multi sapientes. mirabantur plu-
rimum. Horum autem vnus ait.
O Alexander: iste lapis vobis
demonstrat qūid estis. Nūc enim
plus ponderatis q̄ꝫ totus mun-
dus qui vos saciare non potest.
Sed posito super vos puluere in
morte minus eritis: ⁊ minor erit
gloria vestra q̄ꝫ aliquid mundi.
¶ Tertium bonum in hac vita
est abundātia temporalis: vt sunt
diuitie que magnopere desiderā
tur: adeo vt dicat Bernardus in
sermone de regno spirituali. Trā
sis maria vt diuitias acquiras: ⁊
alium orbem tibi aperis nauigan
do: s̄m sapientem: tribus digitis
distans a morte patriam fugis: re
linquis parentes: filios nescis: di-
uelleris ab vxore: ⁊ omnium ne-
cessitudinum obliuisceris: hec il-
le. Et tamen in morte relinquitur.
O mercatores quid ex tot trafi-
gis ⁊ mercantijs portabitis: Ni-
hil. O diuites qui estis tam du-
ri: tam tenaces: tam auari erga

parentes: erga amicos et christi pauperes: quid vobiscum feretis? Audite David psalmo. Dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et Bernardus ait vbi supra. Diuitie cum labore acquiruntur: cum timore possidentur: et cum dolore amittuntur. Thesaurizas et ignoras cui congregabis ea. Queris vt acquiras: acquiris vt perdas: perdis vt doleas: hec ille. Salandinus rex saracenorum morti appropinquans: sudarium quo post mortem induendus erat: sibi iussit presentari: illudque per totam ciuitatem deferri fecit: et proclamari. Tantum tantum de omnibus rebus mundi: et de omnibus diuitijs ac thesauris suis: rex magnus salandinus secum defferet. ¶ Quartum bonum est voluptas corporalis. Hec die noctuque a sensualibus queritur. Et tamen cum mors aduenerit: hec penitus deficiet. Deficient delicata cibaria: diuersitates vini: varietates confectionum: cibi exquisiti: varij sapores: mollicies lecti: linteamina subtilia: camisie tenues et morbide: deficient fuci: come: aque fortes: odor muscati: apparatus mensarum argenteus: gemme: tot vestium mutatoria. Deficiet carnis cura: carnis delectatio: carnis luxuria: amor mundi tandem deficiet. Et quid erit post hoc? O deus quam ceci sunt mundi amatores. Ecce mors in ianuis. Ecce continuo insidias ponit. Ecce vbique et semper sagittis suis accutissimis minatur: et tamen miserabilis homo non aduertit quid sequitur: post breue solacium: quid eueniet. Ait sapientissimus Ecclesiasticus. x. c. Cum enim morietur homo hereditabit serpentes vermes et bestias. Ideo Bernardus in libro meditationum. Utinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent. Dic mihi vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Nihil ex eis remansit nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt: et quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu: comederunt: et biberunt: riserunt: et duxerunt in bonis dies suos: in puncto autem ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus: et illic anima ignibus deputantur: donec rursus infelici collegio colligati: sempiternis inuoluantur incendijs: qui socij fuerunt in vitijs. Una namque pena implicat: quos vnus amor

in crimine ligat. Quid profuit illis
inanis gloria: breuis letitia: mun
di potētia: carnis voluptas: falſe
diuitie: magna familia ⁊ magna
cōcupiſcentia: Ubi riſus: Ubi io
cus: vbi ſalꝰ: vbi iactātia. vbi ar
rogantia. De tātilla letitia: quāta
triſtitia. Poſt tantillam volupta-
tem: tā grauis miſeria. De exulta
tione illa ceciderunt in magnā mi
ſeriam: in grandē ruinā: ⁊ magna
tormenta. hec ille. Propterea qui
libet quantūcunqꝫ ſcimꝰ: quantū-
cunqꝫ glorioſus: quātūcūqꝫ abun
dans: quātūcūqꝫ voluptatibꝰ re-
fertꝰ inuigilare debet atqꝫ cordia
liter ſecū cogitare mortis potenti
am atqꝫ ſeuitiam. Conſiderās .n.
hoc abſcintiū: ſuas oēs delectatio
nes ⁊ inordinatū amorē tempera
bit: maxime cū hō ſit incertus de
die mortis: de loco: de etate: de ſta
tu aut diſpoſitiōe. Quapropter ſal
uator noſter. Mat.xxv. Oēs ad-
monebat di. Uigilate itaqꝫ q: ne-
ſcitis diē neqꝫ horā. Et Eccle.xiiij.
c. ait. Memor eſto qm̄ mors non
tardabit: verba iſta ſunt pōderan
da: ⁊ ſepius mēte reuoluenda. Er
go ē in ianuis. Ergo a tergo habe
tur. Ergo ſemp inſidiat. Nullus
de morte cōfidat: q: vana ⁊ caſſa ē
fidutia eiꝰ: ne vobis contingat ſi-
cut cuidā accidit. Legit .n. de quo
dā iuuene diſſoluto ⁊ mundanis
delectationibꝰ dedito: qui morti ſe
mel obuiauit. Hāc turpē ⁊ defor-
mē: cōſiderās: vidēſqꝫ eiꝰ animoſi
tatē: arcū ⁊ crudeles ſagittas: mira
biliter expauit. Sed aſſumpto ſpi
ritu: inſtāter petiuit: vt ex ſpāli gr̄a
ab ipa cōſequeret aliqd̄ ſignū quo
cognoſceret mortē ad ſe venturā:
vt ſic ſe preparare poſſet. Annuit
eiꝰ precibꝰ mors ⁊ ſe facturā ſpo-
pondit: qd̄ laſciuus iuuenis poſtu
labat dicens. Tibi promitto ⁊ de
ꝑmiſſione ſecurus eſto: me tibi ſi
gnū fore daturā anteq̄ꝫ veniā. Di
ctis verbis iuuenis letior effectus
diſceſſit: ac proinde in aiaꝫ diſpoſu
it. Laxatiſ habenis voluptates am
plecti: ſicqꝫ vitā q̄ſi ſecurus duce-
bat. Trāſeunt multi anni in q̄bus
vota ſua ⁊ deſideria ipleuit: de ora
tiōe: de elemoſinis: de ꝑdicatiōibꝰ:
de confeſſiōe ⁊ de alijs ſalutiferis
minime curās. Jam ſenex effectꝰ
lecto ꝓſternit: confidens multū ſi
bi tēpus ſupereſſe: de ſuis pecca-
tis nō conterit neqꝫ confitet. Ecce
tandē anhelitu deficiente: vltimo
vite termio appropinquare cepit.
Cui in ſuppremo ſpiritu iā conſti-
tuto mors apparuit dicēs. Suffi-
cit modo: tēpus ē: vt mea falce pe
reas. Ille de falſitate mortis cepit
valde conqueri: eo q nō dediſſet
ſignū. Cui mors. O fatue. O cece
O miſerrime: nō te fefelli. Neqꝫ

enim vnum tm̄ tibi dedi signum: sꝫ centū ꝛ mille. Quādo caput aliqñ tibi doluit erat vnū signum. Quādo stomachus languebat erat alterum signum. Quādo cāpana pro alio mortuo pulsabat: erat aliud signum. Et ita forsitan milies te admonui. Nunc autē necesse ē vt venias. Inuitus itaqꝫ ꝛ desperatus mortuus ē. Nō est ergo confidendum de longiori vita: sed iugi meditatione: celeritas mortis pensanda est. Ait enim Plato. Omniuꝫ sapientū vitā meditationē eē mortis. Et Eccle. vij. dr̄. Memorare nouissima tua ꝛ in eternū nō peccabis. Sic enim mors preparatos ꝛ dispositos nos inueniet: cui ꝛ letanter occurremus: vitam perpetuā sperātes. Quia vt ait Augu. in. i. de ci. dei. Impossibile est bene viuere ꝛ male mori. Quod nobis concedat xp̄s. Amen.

¶ Feria. iij. dn̄ice passiōis. De timore dei. Sermo. xlij.



Querebāt eum iudei interficere. Jo. vij. Qui vicia ꝛ peccata vitare cupit inter reliquā q̄ ad hoc efficacissimū remediū prebent: potissimū ē timor dei. Ait. n. sapientissim⁹ Salomō. Prouer. c. xv. Per timorē dn̄i declinat ois a malo. Et ChrisoSolus dei timor est: qui mentes colligit: fugat crimina. inocētiā seruat. Hūc timorem dei iudei nō habuerunt. Jō querebant xp̄m interficere: vt inquiunt verba assumpta ꝛ in euangelio recitata. In quo tria notāda habemus. ¶ Primū notandū ꝙ malitia hoīꝫ aliquando declinanda ē ibi. Non enim volebat in iudeam ambulare. ¶ Scōm notandū: ꝙ i rebus ipoꝛtantie cōgruū tēpus ē expectandū. ibi. Tēpus meū nōdū venit. ¶ Tertiū notādū ꝙ timor human⁹ non sinit veritatē cōfiteri: atqꝫ publice eā referre. ibi. Nemo tamen palam loquebatur de illo ꝓpter metū iudeorū. Hūc metum ꝛ timorem seponentes: curabimus verū dei timorem in nr̄is cordib⁹ possidere. De quo tria occurrunt consideranda.

¶ Primū est timoris diffinitio.

¶ Scōm ē timoris inductio.

¶ Tertiū est timoris fructificatio.

¶ Primum considerandum circa timorem domini est diffinitio. Albertus magnus in. ij. sen. adducens diffinitionē Augustini sic dicit. Timor ē perturbatio animi in expectatione mali. Unde. s. Doc. prima scōe. q. xlij. ar. i. Et simil'r Albertus vt. supra dicit. Obiectū timoris est malū futurū contristatiuꝫ. Et phs. ij. rheto. Timor ꝓuenit ex fantasia futuri mali proueni

entis ex debilitate virtutis. Et iterum phs.iij.ethy. Timor est expectatio mali. Et Damascenus libro iij. Timor est motus scḋm systolem i. scḋm contractionem. Systoles ⁊ dyascoles sunt due virtutes circa cor. Una.s.systoles contrahit ⁊ restringit. Altera.s.dyascoles aperit ⁊ dilatat. Unde Albertus in.ij.de anima dicit. Motus cordis ē scḋm systolem ⁊ dyascolez. Et in.ij. sen. di.xxxvi.dicit. Obiectum timoris malum est: quod dum cor fugit in seipsum contrahitur scḋm systolez. Hac preclara diffinitione habita: queritur vtrum deus possit a nobis timeri. Et videt̄ q non. Naz vt phs in.ij.rhetorice dicit. Illa timemus ex quibus nobis mala ꝓueniunt: quia vt dictum est supra: obiectum timoris est malum. Sed mala non veniunt nobis a deo: q: ipse est summa bonitas: sed ex nobis ipsis scḋm illud Osee.xiij. Perditio tua israel: tantūmodo in me auxilium tuum. ergo deus non est timēdus. Huic questioni rñdet.s. doc.xxij.q.xix.ar.i.di. Timor duplex obiectū hēre pōt: quorū vnū est ipsum malum quod homo refugit. Et isto modo deus qui ē ipsa summa bonitas: obiectum timoris esse non pōt. Aliud autem obiectum est illud a quo malum prouenire potest. Et hoc modo de⁹ pōt esse obiectum timoris inquantum s. ab ipso pōt nobis iminere malū pene: ⁊ non malum culpe: Inquātum scḋm suā iustitiā malos punit: flagellat atq3 dissipat: quia iustus dñs ⁊ iustitias dilexit. ps.x. Unde Jo.in apoc.xiiij.clamat di. Timete dñm ⁊ date illi honorem: quia venit hora iuditij eius.s.ad puniēdum: flagellandum: nō timentes: ⁊ non trementes suā maiestatem. Propterea dñs: prout scribitur Malach.i.ait. Si dominus ego sum: vbi est timor meus? Et Lactātius in libro de ira dei.c.vltimo sic dicit. Debemus hunc oēs amare quia pater est: ⁊ vereri q domin⁹ ⁊ honorificare q beneficus: ⁊ metuere q seuerus. Utraq3 persona in eo venerabilis. Quis salua pietate non diligat anime sue parentem? Aut quis impune contēnat eum qui rerum dominator: habeat in omnes veram ⁊ eternam potestatem. Hec ille. Timendus igitur est deus atq3 summe honorandus. Quod tunc fit quando nullus eum offendit: nec.s.mortaliter nec venialiter. quia vt Doc.s. dicit. xxij.q.liiij.ar.ij. ad quartum. Timor dei operatur ad euitationem omnis peccati etiam negligentie. Et sic patet diffinitio cuz solutione dubij: ⁊ hoc quantum ad primam partē principalem.


Ecundum qd occurrit considerandu circa timore domini vocatur inductio. Magister Guilielmus par. sacri ordinis predicatorum in summa de virtutib9 plura inducentia ponit ad deum timendu: sed ego breuitati vacans tria tm adduco in medium.

Primu e dei potentia.
Scdm est dei scientia.
Tertiu est dei iustitia.

Primo dico q timere debemus deu propter infinita ei9 potentiam. Sacri theologi queru t vtru potetia dei sit infinita. Huic qoni rndet Doc. s. in qonibus de potentia dei. q. i. ar. ij. Et prima par. q. xxv. Et in primo sen. di. xliij. dices. Potetia dei est oino infinita. sic. Illud qd habet ee absolutu et indepedens: et nullo modo receptuz in aliquo: imo ipsummet est suum ee: est infinitum simpliciter et oio. Sed potetia dei het ee indepedes et nullo modo receptuz in alio. Ergo potentia dei est infinita. Maior est. s. Doc. in locis superius allegatis et permaxie in primo sen. Minor patet in libro de causis vbi dr sic. Ens primu het virtute simplr infinita: q ipsummet e sua virtus. h ibi. Unde phs volens ostendere q omnia dependent a deo sic dicit in primo de celo. A primo ente: comunicatu est singulis ee: viuere et intelligere. his qui de clarius. his aute obscuri9. Hoc idem replicat idem phs in. ij. xi. et xij. metephy. et. viij. physi. Et Damascenus. Deus est infinitus. eternus et incircoscriptibilis. Ergo potetia dei est infinita. Et nota q duplex e potentia. s. actiua et passiua vt phs inquit. v. methaphy. et. ij. de anima. Potetia passiua nullo modo est in deo: q ipse e liber ab omni passione: sed potentia actiua que est principium agendi. Deus igitur est infinite potentie: infinite virtutis: infinite operationis. Ex quibus sequitur q deus est valde timendus. Quod sic declaratur. Quanto aliquis est maioris potentie et virtutis: tanto magis est timendus. Nam imperator e magis timendus qz aliquis alius dominus temporalis: quia est dominus totius mundi: vt. ff. ad. l. rodi am. de iactu. l. deprecatio: vt dicit lex. Ego imperator: domin9 suz totius mundi. Et Baldus dicit. Imperator e tanqua stella matutina: que in medio nebule meridionalis iminet. Et ro e: q populus roman9 transtulit in eu oem ptatem et iurisditione: vt pz ff. de costitutionibus principum. l. i. In spiritualib9 vo papa e magis timedus

quia est vicarius dei: habés oém potestatem super animas: electus ꝛ assumptus in plenitudine potestatis. Patet hoc in decretis.ij.q.vi.c. Decreto. Et extra de vsu palij.c. Ad honoré. Et de ꝯcessione prebende.c. Proposuit. Cum igitur deus sit summus dñs omniuꝫ dñoꝝ: omnium pontificuꝫ: oíum imperatoꝝ: quilibet eum timeat. Timete ergo deum: q: eius potétia est infinita. Timete deum: quia sicut cuncta creauit de nihilo: sic sua infinita potétia ea potest in istanti destruere ꝛ anihilare. Timete deum: q: potest obtenebrare solem: lunam: ꝛ stellas. Timete deum: q: pót inficere ꝛ corrúpere aerem ꝛ mittere pestilentiam: taꝫ horribilem: ꝙ nullus remanebit. Timete deum: q: pót aperire terram ꝛ oés submergere i baratrũ inferni. Timete deum: q: pót mittere fulgura: tonitrua ꝛ ignem de celo: ꝛ in puluere omnes redigere. Timete deuꝫ o dñi téporales: quia vestra potentia nihil potest. Timete deum o cardinales: o diuites: o nobiles: o mercatores: o artifices: o vani iuuenes: o vane mulieres. Timete deũ: timete deũ timete deum. Propterea Jere.x.c. clamat dicens. Quis nó timebit te o rex gentium. Et Tulius libro primo. de natura. deorum ait. Imposuistis ceruicib[9] nr̃is sempiternum deum: quem dies ꝛ noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia prouidenté ꝛ aiaduertentem: ꝛ omnia ad se pertinere putantem curiosum ꝛ plenum negocij: Et ad hunc timorem idu cit nos xp̃s. Mat.x. Timete euꝫ qui potest animam ꝛ corpus pdere in gehénam. ¶ Scõm moués nos vt deum timeamus est ei[9] clara scientia. Si quis quereret vñ est ꝙ arbores ꝛ cetere plante non cognoscunt nec intelligunt. Rñdit Phs i.ij. libro de anima. ꝛ.s. Doc. in prima par.q. xiiij.ar.i. ꝙ plantate nó cognoscunt ꝓpter suá materialitatem. Sensus auteꝫ cognosciturus est: q: receptiuus est specieꝝ sine materia: ꝛ intellectus adhuc magis cognoscitiuus: q: est separatus a materia ꝛ imixtus: vt dicit a Pho in.iij. de anima. Vñ cuꝫ deus sit in summo immaterialitatis: q: est actus purus: vt dicit. Cométator.xij. Metha. Sequit ꝙ ipse sit in summo cognitionis. b.s.Tho. His premissis dicam[9] sic. Quáto res est spũalior ꝛ simplicior: táto é plurimũ cognitiua. Deus est substantia simplicissima atqꝫ spũalissima: carens omni cópositióe: vt declarat.s.doc. prima par.q.iij.ar.vij. Ná in eo non est cópositio forme ꝛ materie. Non

nature ꝛ suppositi. Non eē ꝛ eēn tie. Non generis ꝛ diem. Non subiecti ꝛ accidentis. Nō actus ꝛ potentie. Nō omniū est: q2 oē cōpositum est posterius suis cōponentibus: ꝛ dependens ex eis. De9 aūt est primum ens ꝛ a nullo dependens. igitur deus nullo modo est compositus. Ergo deus omnia videt ꝛ cognoscit. Veniat alia ratio sic. Deus est omnium creator. ergo omnia cognoscit tam bona q̄3 mala: vt in vno quoq3 iustitia locum habeat. Pertinet enim ad iudicem habere scientiam ꝛ cognitionem omniu3. s. iusti ꝛ iniusti: vt ff. de iustitia ꝛ iure. l. iustitia. S3 dices. Quomodo est possibile q2 deus intelligat ꝛ cognoscat: sciat ꝛ videat oīa que agunt ꝛ maxime in occultis. Rn̄dit magister senten. cum omni theologorum scola di. Deus vbiq3 per potentiam: per essentiam: ꝛ per presentiam. Qua modo autē hoc sit possibile. Doc. s. in prima parte. q. viij. ar. iij. optime declarat dicens. Deus est in omnibus per potentiam inquantum oīa eius ptāti subduntur. i. nihil est in mundo quin illud subdatur potestati dei: ita q2 potestas dei omnia amplectitur: ꝛ sibi subicit omnia visibilia. s. ꝛ inuisibilia: corporalia ꝛ spiritualia: celum: elemēta: ꝛ infernum. Et non est imperator: non rex: non aliquis alius dominus tam magnus ꝛ potens qui non sit sub dei potentia. Non papa. Non cardinales. Nō alij prelati. Non mundi principes. Non fortes. Non robusti. Non grandes. Non paruuli. Deus insuper est in omnibus per essentiam: inquantū oībus adest: vt causa essendi. i. omnis creatura quecunq3 sit illa habet esse a deo: incipiēdo ab vltimo seraphin vsq3 ad minima3 formicam: ipse deus ē illud maximum ens. de quo ph̄s in. xij: metaphy. Et. s. Doc. prima pte dicit. D̄s est maxime ens ꝛ maxie verum: est causa omnis entis ꝛ oīs veri. Est preterea in omnibus per presentiam inquantum omnia nuda ꝛ aperta sunt oculis eius. i. de9 cognoscit ꝛ videt oīa preterita. oīa presentia: ꝛ oīa futura. Hoc attestatur Paulus. hebre. iiij: di. Oīa autē nuda ꝛ aperta sunt oculis ei9 Et ph̄s de bona fortuna. De9 bene videt oīa preterita: presentia: ꝛ futura. Et iterum Paulus exclamāt: vt patet ad Ro. xi. c. dicens. O altitudo diuitiarum sapientie ꝛ scientie dei: q̄3 incomprehensibilia sunt iuditia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius: Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis eius consiliarius fuit? Aut quis prior dedit illi ꝛ retribuetur ei. Quoniam ex

ipso: ꝛ p ipsum ꝛ in ipso sunt oia: hec ille. Patet ergo ꝙ in deo est summa sapia: summa scia: que est cā oium rex: vt dicit Comē. i. v. Metha. Est isup sūma cognitio: sūma visio: sūma itelligētia. Oia .n. eternalr̄ cognouit: oēs malas cogitatiōes: oēs malas locutiōes: oēs malas opatiōes: oēs iniquos actus: eternalr̄ anteq̄z fierēt vidit ꝛ cognouit. Time igit deū. O tu q semp mala cogitas: mala meditaris: mala de alio iudicas: quia deus cor tuū: malis cogitationib⁹ plenum videt ꝛ cognoscit. Time deum o lingua serpentina. o lingua diabolica. o lingua mendax ꝛ periura. Time deum o detractor pessime. Time deum o blasfemator iniquissime. Time deū o murmurator ꝛ susurro diabolice. Time deum o tu qui facis vsuras. Time deum o tu qui vendis ad terminum. tu qui decipis proximū tu qui tenes aliena. tu qui tot committis rapinas: tot extorsiones. Timete deum o iuuenes lasciui qui in ecclesia procamini. Timete deū o vane ꝛ pōpose mulieres: o monialium corruptores: o sacrilege: quia licet in occulto talia abhominabilia ꝛ fetentia faciatis. tamen deo omnia sunt clara ꝛ manifesta ꝛ omnia videt: in quocunq̄z loco fiant. Patet hoc puer. xv. In oi inquit Salomon. Oculi domini contemplantur bonos ꝛ malos. Et apoc. v. Uidi agnum stantem tanq̄ȧ occisum habentez cornua septem ꝛ oculos septem. Septem sunt oculi domini cum quibus videt omnia peccata: omnium prelatorum: omniū clericorum: omniū religiosorum: omnium monachorum: omniū coniugatorū: omniuz virginū: ꝛ omniū viduarū. Ecce quare dicit Joannes: ꝙ dominus habet septem oculos: q: septē sunt status hominum peccantium ꝛ offendentium diuinam maiestatem. Audi exemplum mirabile. Quedam meretrix nomine Thays tante pulchritudinis extitit: vt multi propter eam venditis substantijs suis ad vltimam paupertatez deuenerunt: ꝛ pre zelo frequēter puelle limina sanguine iuuenum replebant. Ad quā abbas Paphnutius accedens: volens eam conuertere: ꝛ dans ei solidum quasi pro mercede peccandi dixit ei: vt locum secretum ingrederentur. Illa autem dixit. Est quoddaz secretum vel cubiculuz: vbi nullus ingreditur: nisi verum deum timeas. Non est enim locus qui diuinitati eius absconditur. Cui senex. Scis tu esse deum? At illa. Scito inquā esse deum: ꝛ regnum futuri seculi: nec non ꝛ tormenta pecca

torum. Et senex. Cur tot animas perdidisti. Heu misera: quia non solum pro tua: sed pro illorum es redditura rationē. Illa vero hec ꝛ similia audiens: prouoluta ad pedes senis cū lachrymis exorabat dicens. Scio esse penitentiam pater ꝛ confido de remissione te orāte. Et collectis omnibus quecunq̄ ex peccato lucrata fuerat in medio ciuitatis igne coram omnibus cōbussit. Erat autem precium auri librarum quadringentarum. Et tandem peracta penitentia in pane ꝛ aqua ꝑ tres annos in carcere detrusa: sancto fine quieuit. Uide legendam eius de mense octobris: ante festum Dionysii. Audi ꝛ aliud exemplum. Refert siquidem Petrus damianus: ꝙ quidā alienam suem furatus est. Erat autem vir ille cui sus erat hospitalis valde: fur vero tonsor erat. Uenit ergo quidam in effigie pauperis ꝛ ꝓlixo crine: rogauitq̄ tonsorē vt eum raderet: ille protinus assumptis forpicibus reuerenter eum tōdere cepit: quod cum faceret repe rit in occipit o eius duos oculos latitātes. Expauit ille ꝛ quesiuit qd hoc esset. Cui ille inquit. Ego sum Jesus qui cuncta contemplor. Et isti sunt oculi: quibus vidi suē quā in cauea conclusisti: moxq̄ disparuit. Timete igitur deum: q̄ die ꝛ nocte omnia videt. Confirmatur omnia h̄. Eccle. xxiij. c. Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem circūspicientes oēs vias hominum ꝛ profundū abyssi: ꝛ hominum corda intuentes: in absconsas partes. domino enim deo anteq̄ crearētur omnia sunt agnita: ꝛ sic post perfectum respicit omnia. hec ibi. ¶ Tertium inducens nos ad timendum deum: est dei iustitia. Miseri peccatores dum immergunt se in fecibus peccatorum opinantur ꝛ suadent sibi ipsis: ꝙ deus eos nō puniet: ꝛ non considerant ꝙ iustitia dei est infinita ꝛ nullum peccatū: nullū delictum relinquit ipunitū. Patet h̄ in apoc. i. c. Ubi Joannes vidit christum habentē in eius ore gladium ex vtraq̄ parte acutum. Per gladiū intelligitur seuera ꝛ vindicatiua iustitia dei que punit sceleratos peccatores: tam in corpore q̄ in anima: tā in hoc mūdo q̄ in alio. Hoc gladio vīdicauit se de⁹ ꝓ peccm̄ fetētē luxurie: destruēdo totū mūdū aq̄s diluuiū. Geñ. vi. ꝛ vij. ꝛ iō timete deū. O luxuriosi: o carnales. o nutriti i putredie ꝛ fecib⁹ imūdītie: q: alr̄ iustitia dī sumet vīdictā de vobis. Nō estis mihi credite securi. vn̄ Ber. Nusquā ē securitas. nec i celo: nec i padiso: mlto min⁹ i mūdo. i celo cecidit āglꝰ

ex presentia diuinitatis. In paradiso Adã de loco voluptatis. In mũdo. Iudas de scola saluatoris. hec ille. Hoc eodem gladio exercuit maximã vindictã ↄtra nephãdissimos ⁊ sulphureos sodomitas: comburẽs ⁊ submergẽs totaʒ illã patriã cum quinqʒ ciuitatibus Geñ.xix. Et ideo timete deum o maledicti gomorreani. Timete deum o destructores humani generis: q: nisi dimiseritis tantã abhominatiõeʒ: oĩno iusticia dei dissipabit vos. Hoc gladio diuine iusticie vindicauit se deus ↄtra peccatũ adulterij: ꝓpter qḋ occisa sunt vigintiduo milia hoĩum: vt habetur. Iudicũ.xix.⁊.xx.c. Jḋ timete deũ o adulteri. timete deum o violatores thori maritalis. timete deũ o mulieres adultere. Isto gladio puniuit deus symonẽ magũ ꝓpt peccatũ symonie. Naʒ postq̃ʒ demones portauerũt eũ per aera in altũ. precepto apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli dimiserunt eũ: ⁊ cadens i terrã: sepultus est in inferno cum cento millia diauoli. Propterea timete deũ o symoniaci. Hic gladius transformauit Nabuchodenasor in bestiã ꝓpter peccatũ supbie. Et ideo timete deũ o superbi: o ambitiosi: o iflati. Ha iusticia diui es illa qua peccatores puniunt: flagellant: exterminant. Aliq submerguntur in aquis. Aliqui cõburuntur igne: aliqui fulgure: de celo misso in puluerem rediguntur. Hij moriuntur morte subitanea. illi suffocant gutta. Alij efficiunt fatui. Alij leprosi. Alij laborant morbo caduco. Alij varijs infirmitatuʒ generibus moriunt iusto dei iudicio. O iusticia dei q̃ʒ magna es: q̃ʒ seuera: q̃ʒ rigida: atqʒ vindicatiua. O peccatores timete deum. O scelerati timete deũ. O surdi ⁊ alienati sensib⁹: audite qd dñs dicit ↄtra vos ꝑut scribit ps. Nisi ↄuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit: arcũ suũ tetendit ⁊ parauit illũ: ⁊ in eo parauit vasa mortis. sagittas suas ardentibus effecit.



Ertiũ qḋ principaliter occurrit ↄtemplandũ circa timorem dñi. vocat fructificatio. Duodecim nãqʒ sunt fructus ⁊ vtilitates quas ↄsequentur deũ timentes.

¶ Primus nãqʒ fruct⁹ dei timoris est peccati expulsiuus. O peccator: tu es in multis peccatis mortalibus inuolutus. Si ergo vis ea a te expellere: ⁊ ↄsciam tuã puraʒ ⁊ nudã facere: time deũ Patet h Eccl.i.c. Timor dñi expellit pctm̃.

¶ Scḋs fructus est scie generatiuus. Si vis habere gustum ⁊ saporẽ in rebus diuinis: in oĩb⁹

in predicationibus: inmissis atqꝫ in
oibus que agis: time deū. Eccl'. i.
c. Radix sapie est timere deum.
¶ Tertius fructus est negligētie
abiectiuus. Vñ est ꝙ peccatores
sunt tepidi: negligētes: sompnolēti
ad bene ⁊ virtuose operanduꝫ: qꝛ
nō timēt deū. Declarat h̄ psalmi-
sta. ps. xiij. di. Nō est timor dei añ
oculos eoꝝ. Si ergo vis feruent
operari: ⁊ die noctuqꝫ in dei serui
tio ardere. time deū. Ecclesiastes.
vij. c. Qui timet deum nihil negli
git. ¶ Quartus fructus est men
tis stabilitiuꝰ. Sūt nōnulli: quoꝝ
mens nūq̄ꝫ quiescit: sed semp vo
lat: mō ad hec: mō ad illa: nec vnū
aue maria possunt cū aliqua stabi
litate ꝓferre. Et h̄ ꝓcedit: qꝛ deuꝫ
nō timēt. Timete igit deū: qꝛ mēs
vestra stabilis ⁊ firma fiet. Eccle.
xxvij. Si nō in timore dñi tenue-
ris te instanter: cito subuertet do
mus tua. ¶ Quintꝰ est spūaliter
ditatiuꝰ. Paupes vtiqꝫ sunt pec-
catores. Nullā virtutē hñtes: nul
lā grāꝫ. nullū dei donū. O magna
miseria: esse sine gratia dei. Time
igit deū qꝛ magnū thesauꝝ spūa-
le acq̇res. imo ⁊ tpale. Vñ psalmi
sta. ps. xxxiij. Timete dñꝫ oēs scti
eius. qm̄ nō est inopia timētibus
eū. ¶ Sextus est bonoꝝ operuꝫ
cumulatiuꝰ. Qui timet deū: omni
hora: oi septimana: oi die: oi men
se: oi anno: opa meritoria acq̇rit ⁊
acumlat. Eccl'. xv. Qui timet deū
faciet bona. Vñ Ber. Qui timo
rē dei semp hꝫ ꝓ oculis: vie eius
pulcre: ⁊ semite eius pacifice. hec
ille. Qui vero non timet semp de
malo in peius cadere ñ cessat. vñ
Isido. Vbi timor nō est: dissolutō
vite ē. Vbi timor nō est: ibi ꝺspe
ratio est. h̄ ille. ¶ Septimꝰ ē cor-
dis dulcoratiuꝰ. Quid dulciꝰ mel
le? Certe nihil sic: q̇d dulciꝰ est q̄ꝫ
deū timere? Eccl'. i. Timor dñi de
lectabit cor. O q̄lis dulcedo time
re deū. ¶ Octauꝰ est vite ꝓlōga
tiuꝰ. Multa ⁊ q̄ꝫplura exponūt
hoies mūdani vt lōgā vitā faciāt
⁊ tñ potiꝰ abbreuiāt. Sꝫ si deū ti
merēt: securiores eēt. Prouer. x.
Timor dñi apponet dies. i. vitaꝫ
faciet lōgioreꝫ. ¶ Nonꝰ fructꝰ est
deuotiōis irrigatiuꝰ. Quid est ti-
mor dñi: nisi q̄daꝫ fons emanās
rores salutiferos. q̇bꝰ mēs huma
na r̄frigerat? Audi. Prouer. xiiij
Timor dñi fons vite. ¶ Decimꝰ
ē mali declinatiuꝰ. Dicūt. n. pctō-
res. Ego vellē declinare ⁊ relinq̄
re malū. ⁊ tñ reperio me semp in
pctis. Nescio vñ ꝓcedit hoc. Re
spōdeo qꝛ nō timetis deū. Si vis
. n. ne dū mala: culpe. sꝫ ēt mala pe
ne declarare. time deū. Prouer.
. xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a
malo ⁊ Prouer. viij. Timor dñi

odit malum. Unde Isidoꝛus. Timoꝛ expellit peccatū: repꝛimit vitium: cautū facit hoiem atqꝫ solicitū. ¶ Undecimꝰ é pacificatiuꝰ. Uultis ne pacé habere o charissimi: timete deū.. Proue.xiij. Qui timet pꝛeceptuꝫ in pace versabit. ¶ Duodecimus ꝛ vltimus fructus timoꝛis dñi est vite eterne remuneratiuꝰ. O q̄ꝫ magna: q̄ꝫ mirabilis merces pꝛeparat timétibꝰ deum. Eccle.i. Timéti dñm bene erit in extremis. Ecce duodecim fructus diuini timoꝛis. De quibꝰ audite quid Hiero. dicat in transitu. Dū viuitis frés timeatis deū pꝛincipum sapientie timoꝛ dñi. Qui hic vicerit: alibi coꝛonabit: dū hac pelle tegimur: nulla est nobis certa victoꝛia. Si noster genitoꝛ timuisset: nūq̄ꝫ cecidisset: pꝛincipiuꝫ omnium maloꝝ fuit p̄sumptio. Qui nō timet: de se p̄sumit. Quō inter latrones: quis onustꝰ auros securꝰ gradit: Saluatoꝛ q̊d aliud docet nisi timere: Uigilitate inquit: q: nescitis qua hoꝛa fur vénturus est. Ná si sciret paterfamilias qua hoꝛa fur venturus esset: vigilaret vtiqꝫ ꝛ nō fineret pfodi domum suá. Sumus ille clauiger petrus: sobꝛij inquit estote frés ꝛ vigilate: q: aduersariꝰ vester diabolus: tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querés qué deuoꝛet. Nemo iter serpentes cum securitate habitat. Qui sanctioꝛ est ꝛ sapiétioꝛ plus semp timeat. Ná qui altioꝛ est: cadés: maioꝛes casus recipit. Timeatis frés: iteꝝ rogo. Undiqꝫ timeatis: q: beatꝰ est vir timés deum. Et.n. si ꝯsistant aduersum me castra nō timebit coꝛ eius. Si esurrexerit i eū pꝛeliū i hoc spabit. Perfectꝰ dei timoꝛ foꝛas vanuꝫ mittit timoꝛé: timoꝛé vanuꝫ nō hꝫ charitas. Charitas ꝛ timoꝛ dei vnum sunt. Cōsiderás h̄ ꝑpħa dicebat. Cōfige timoꝛe tuo carnes meas: hec ille. Sácti etiá timét: q̄ꝫto magis pctóꝛes debét timere. Legit in vitis patrū: q͛ cū abbas Agathon moꝛiturus: aptis oculis: per tres dies staret immobilis: ꝛ frés peterét: abba vbi es: ꝛ ipse rñderet: in ꝯspectu oiuꝫ iudicis assistoꝛ: ꝛ illi dicerent: ꝛ tu times. Rñdet: virtute qua potui. laboꝛaui in custodiendis mandatis dei: ſꝫ homo sum: ꝛ nescio vtrum opa mea placuerint deo: quia alia sunt iudicia dei ꝛ alia hominū. Studeat ergo quilibet siue bonus siue malꝰ dei timoꝛem in coꝛde sculptum habere. De quo diffinitioneꝫ declaraui: tria inducentia ad ipsum adduxi: ꝛ dūodeciꝫ eius mirabiles fructus enumeraui. Pꝛestáte domino nostro iesu chꝛisto q̄ ab omnibus timendus est: hic per gratiaꝫ:

⁊ in futuro per gloriam: qui viuit in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria. iiij. dñice paſſionis.

De religione. Sermo. xliij.



Oues mee vocem meá audiunt. Jo. xi. Quáuis oipotens deus hoi in hac vita exiſtéti diuerſa gratiaꝝ munera ꝯtulerit: nihilominus: precipuû ⁊ ſingularíꝰ donũ: quo q̇s poſt baptiſmuꝫ donari pót: exiſtimo eſſe: vt ad calcáduꝫ mundũ: terrenaſqꝫ voluptates inducaṫ: ⁊ ad paſcua virentia ſancte religióis ꝯducaṫ. Hoc é. n. illa felix beataqꝫ vita in qua ſtatꝰ eſt oium v̂tutuꝫ atqꝫ pfectionum. Hec é i quá ſcala quá patriarcha Jacob ꝯtéplabaṫ. Hec deniqꝫ nauis eſt xp̄i: qua tráſactis mũdanis fluctibus: ad beate ſempiterneqꝫ vite portum: ſecura nauigatione tráſimus. Hinc ⁊ ſaluator huiꝰ ſacre religióis caput ⁊ princeps aiebat. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ véde oia que habes ⁊ da paupibus ⁊ ſequere me: ⁊ hébis theſauruꝫ magnũ in celo. Hec. n. vita é: q̄ religioſi oues xp̄i efficiũṫ: q: audiunt vocé eiꝰ ⁊ euꝫ ſequũṫ. Jõ d̄ ipſis ait. Oues mee vocé meá audiũt: q̇ ſunt v̂ba i euágelio recitata. In quo tria documéta hémꝰ.

¶ Primũ náqꝫ documétuꝫ é: ꝙ edocemur: ꝯſiliũꝫ nõ debére fieri cũ feſtinatióe: neqꝫ cuꝫ ira ⁊ iſipiétia: iudeoꝝ more. Sꝫ cuꝫ maturitate: cuꝫ prudétia ⁊ métis tranq̇llitate: vt rectuꝫ eé poſſit. Hoc tangiṫ. pte pma. Collegerũt ⁊c̄. ¶ Scõꝫ documétuꝫ é: q: lꝫ hó ſit mltis ſcelerib꙯ iuolutꝰ: nihilominꝰ: ſpũs pphetícus illi qñqꝫ daṫ: ⁊ maxime qñ é i aliquo dñio vel officio ꝯſtitutꝰ: ſicut appet in Caypha. Hoc pꝫ. ibi. Unus át ex ipſis noie ⁊c̄. ¶ Tertiuꝫ docu. é ꝙ iuuenes qui volũt relinquere mũduꝫ: debét ſe colligere cũ aplis. i. cũ ꝺuis xp̄i: ⁊ cuꝫ ipſis ſeq dñm ieſuꝫ i deſtum penitentie ⁊ ſancte religióis. Patet. ibi. Jeſus abijt in regioné iuxta deſertum ⁊c̄. De qua religione tria videbimus.

¶ Primo religionis ingreſſionem.

¶ Scd̄o religióis decorationeꝫ.

¶ Tertio religióis electionem.

¶ Primo ꝯtéplari debemꝰ religionis igreſſioné. Seculares negotijs mundanis iplicati: nõ guſtantes que ſunt ſpiritus dei: ſolét: vt ſepe numero ſum expertꝰ: pturbari: ⁊ queruloſe lamétari qñ iuuenes a deo inſpirati religioneꝫ igrediunṫ. Dicut. n. ꝙ male ⁊ indiſcrete faciũt religioſi: q tá faciliter recipiũt vos ad habitũ religióis: ⁊ pmaxie nõ hito ſup h̄ maturo ⁊

diuturno consilio a parentibus et amicis. Qua i re merito dubium proponitur disputandum: sub tali verborum forma. Utrum volens sanctá religioné ingredi: et eius sacrũ suscipere habitũ: teneaẗ prius ꝯsulere parétes et amicos. Huic qõni Rñdet.s. Doc.q. vltra.ar. vlti.di. Juuenis spũsancto afflatꝰ vt seculũ relinquat et religioné ingrediaẗ: nullomõ sup hoc tenetur petere ꝯsiliũ. Qd sic pbaẗ. Illd qd est determinatũ: lucidum atqз clarum: nõ indiget ꝯsilio aliorum. Patet hoc p monarchá Phorum Aristo.in.iij.li. Ethi.di. Diuturna deliberatio et multorum ꝯcilia requiruntur i magnis dubijs. In his auté que sunt certa et determinata non reqriẗ ꝯsiliũ: h ibi. Sз igressus et ppositũ igrediédi religioné: é certissimũ et determinatissimũ qꝛ est melius bonũ qз in seculo remanere. Ná talis ingressus et ppositum é a deo: qꝛ vt ibidé dic t. Doc.s. ppositũ de igressu religiõis: vt dic Glo.pme. Thesa.vlti.nõ idiget pbatiõe an sit a deo: qꝛ certa idiget discussiõe: lз ex pte recipiétium examinandus et pbádus sit. Et i quolibet.iij.iquit. Propositũ igredié di religioné é a spũsancto. vñ xps inspirás et puocás quédá adolescentem. Mat.xix.ait. Si vis pfectus esse vade et véde oía que habes et da paupibꝰ: et veni et sequere me. Nõ ait saluator: vade et cõsule. Et Mat.iiij. Uenite pꝰ me et faciá vos fieri piscatores hominũ. Ecce inspiratio et vocatio diuina. At illi ꝯtinuo relictis retibus secuti sunt eũ. Ecce pmptitudo et celeritas pp̄ter religiõis et sequelle xpi certitudiné: que ꝯsilio nõ indiget: vt Chri.dicit. Talé obediétiá querit a nobis: vt neqз instanti tpe remoremur. Uñ Augu.in li. de vbis dñi dicit. Uocat te oriés .i.xps et tu attendis occidété.i.ad hoiem mortalé et errare potenté. Ex iam dictis sequiẗ: qꝛ igrediés religioné: cũ a spũsancto ducatur: nullo ꝯsilio indigeat: qꝛ é certus. Sз qз primũ spũs tágit eũ: promptissime pgere dbeat bm vocationé: qua gloriosus deus eũ vocat. Propterea Hierony.in epl'a ad Paulinũ. Festina queso te et heréti i salo nauicule: funé magis pcide qз solue: hec ille. Uñ et Urbanus papa in.c. Sancti ruffini et habeẗ in decretis.xix.q.ij.c. Due sunt dicit. Si quis in eccl'a sua sub epo ppl'm retinet: et seculariter viuit: si afflatus spũsancto: in aliquo monasterio: vl' regulari canonica saluare se voluerit: qꝛ lege priuata duciẗ: nulla rõ exigit: vt a lege publica ꝯstringaẗ. Dignior.n. est lex priuata qз publica. Spũs qdé dei

ler est. Et qui spū dei agunt: lege dei ducunt. Et qs é qui possit digne resistere spūisancto? Quisqs igit hoc spū ducit: etiá epō suo ꝯdicente erit liber nr̄a auctoritate. Justo.n.lex nó est posita. Sz vbi spūs dei ducimini nó estis sub lege: hec ille. Idé habet in.c. Licet circa principiū.extra de regularibus ⁊ tráseuntibus ad religioné. Ecce clare probatū est: ꝙ religio est tm̄ in se bonū: vt nó sit necesse ꝓ ingressu eius ꝯsiliū petere: tm̄ si doctorib⁹ xp̄ianis nó vis adhibere fidé: salté audi Aristo.in lib.de bona fortuna. His qui mouentur ꝑ instinctū diuinū nó expedit ꝯsiliari: ꝑ róné humaná: sed sequent interioré istinctū: q: mouent a meliori principio q̄z sit ró humana: h̄ ille. Tm̄ insuꝑ est bonū sacratissime religionis vt certissimū sit: ꝙ excedat bonū voti: ꝑegrinationis terre sancte. Vñ Alexáder.iij.vt habet extra de voto ⁊ voti redéptione.c.scripture.d. Reus fracti voti aliquatenus nó habet: q téporale obsequiū: in ꝑpetuá noscit religionis obſuantiá cómutare: hec ille. Cū illud sit ꝑpetuū: illud vero tꝑale. Adeo gráde bonū est vt cá ingrediédi nó iponat pn̄ia de peccatis ꝑteritis: sicut pz in decretis.de pe.di.i. His auctoritatib⁹. Et extra de regula.c. Scripture. Sz de cómissis in religione bn̄ iponit penitétia: vt extra de regula.c. Vlti. Et de sen.exco.c. Cū illoꝝ. Sz audi altius. Talis.n.religioné ingrediés: ꝯsequit plenaz remissioné oium peccatoꝝ: nc du quo ad culpá: sed etiá quo ad pená. sicut dicit.s. Doc.in.iiij. sen.d. iiij.q.iij.ar.iij.⁊ in. xxij.q. vlti.ar. .iij. Si.n.inquit aliquibus elemosynis factis: homo pót statim satisfacere de peccatis suis ſm illud Dañ.iiij. Peccata tua elemosynis redime: multo magis in satisfactione ꝓ oibus peccatis: sufficit ꝙ aliquis se totaliter diuinis officijs mancipet ꝑ religionis igressum: que excedit omne genus satisfactionis: ⁊ publice pn̄ie: vt habetur.xxxiij.q.ij. Admonere. Sicut etiá holocaustū excedit sacrificiū: vt Greg.dicit super Ezech. vnde in vitis patrū legit: ⁊ eandé gratiam ꝯsequunt ingredientes religioné: quá ꝯsequent baptizati. h̄ .s. Tho. Et in Autética. de monachis.in principio. Coll. prima dr̄ sic. Conuersatiōis móachalis vita sic est honesta: sic cómendare nouit deo: adhoc venientem hoiem: vt omné quidé humaná eius maculá detergat. Vbi Glo.dicit. oé peccatum dimittit per ingressum religionis. Idé habet a Stephano papa.v.xxxiij.q.ij.c. Admone

re circa mediũ ibi ingredere. Si-
militer in Glo. Adhuc alti⁹ audi.
Si quis in sacratissima religiõe:
vsq3 ad suppremum spũi ꝑseuera
uerit cũ obseruatione ꝓfessionis
sue. corpore vitá cum morte. cõmu
táte. ad choꝝ angeloꝝ. septimũ. s.
thronoꝝ merito assumet fulgidis
sertis redimitus. omni tpe múdi.
Hoc vero ꝓbat p saluatoré. Lu.
.c.xxij. dicentem. Dispono vobis
vt sedeatis sup thronos. vñ Hie-
ro. Omnes qui ad exéplum apo
stoloꝝ sua reliquerũt ꝓ primo. iudi
cabunt cũ eo. hec ille. Et Math.
.xix. ait xp̃us. Uos qui secuti estis
me. i regeneratõe cũ sederit filius
hois in sede maiestatis sue. sedebi
tis ⁊ vos sup sedes. xij. Judican-
tes. xij. tribus israel. O q̃ztus ho
nor. O q̃zta gloria. O qualis triũ
phus erit religiosis cũ xp̃o totũ
iudicabunt mundũ. Si vero talis
diuini verbi fuerit ãnũciator. col-
locabit nõ imerito in cherubino-
rũ glorioso choro. Nã iuxta Gre
gorij sniam. cherubin plenitudo
scie iterp̃tat. vñ ⁊ Dañ. xij. Qui
aũt docti fuerint fulgebũt q̃si splé
dor firmaméti. Et qui ad iusticiaz
erudiunt multos q̃si stelle. i perpe
tuas eternitates. Si ãt spũ fervés
⁊ accensus in diuino amore extite
rit. inter seraphin. locuz sortietur.
Interpretatur enim seraphim ar
dens siue accensus. Nemo igitur
vestrũ perturbet nemo murmu-
ret. cum videt iuuenes religioné
ingredi. sine parentum aut amico
rum ꝯsilio. q: certissimum est reli
gionis bonum ⁊ a deo inspiratuz.
Uos vero O iuuenes cur nõ re
linquitis seculũ: Cur non volatis
ad tam optimũ statum. Cu tantaz
nõ apprehenditis ꝑfectioné. Cur
nõ sequimini diuiná vocationez.
Cur spiritui sancto ꝯsensum non
prebetis. Cur ei resistitis. Cur ve
stra corda nõ emolliũtur. Uenite
ha boni figlioli. Uenite nihil du
bitantes. letanter ingredimini reli
gionem. Sed forte dicet aliqs ve
strum. facerez qd hortaris. sed ha
beo parétes: quoꝝ amore ⁊ affe
ctu ipedior. Audi mi fili Hiero.
tibi rñdentem. sicut scribit ad He
liodoꝝ i epistola vbi sic ait. Licet
paruulus ex collo pédeat nepos.
licet sparso crine. ⁊ scisis vestibus
vbera quibus te nutrierat mater
ostédat. licet in limine pater iaceat
ꝑcalcato ꝑge patre. siccisq3 ocu-
lis ad vexillum crucis euola. So
lum pietatis gen⁹ est in hac re esse
crudelem. Ueniet veniet postea
dies. quo victor reuertaris ad pa
triam. quo ꝑ ierusalem ciuitatem
celestem vti vir fortis coronatus
incedas. Tunc municipatum cuz
paulo capies. tunc parétibus tuis

eiuſdem ciuitatis ius petes. tunc
⁊ pro me rogabis qui te vt vince
res incitaui. Et infra. Facile rum
pit hec omnia amor xp̄i ⁊ timor
gehēne. Gladium tenet hoſtis vt
me perimat: ⁊ ego de matris la-
chrymis cogitabo. hec ille. Re-
linque ergo patrem carnalem fili
mi ⁊ ſequere patrē deum qui cun
cta creauit: quia magis obligaris
ſue maieſtati q̄ȝ patri tuo ⁊ matri
tue carnali: omne bonum qḋ tri
buunt nobis parētes carnales ac
ceperunt a benigniſſimo deo pa
tre omnium creaturarum. Quid
boni habemus qḋ non ſit a deo.
Ipſius nāqȝ eſt anima. corpus. di
uitie. celum. terra. ⁊ omne bonuȝ
prout. ṕs. cantat. di. Dn̄i eſt terra
⁊ plenitudo eius: orbis terrarum
⁊ vniuerſi qui habitāt in eo. Vol
ta le ſpalle al tuo padre. Laſſa la
toa madre lachrymante: que te a
religionis ꝓpoſito fletibus ⁊ ſin-
gultibꝰ abducere conatur. Audi
fili mi exempluȝ perpetua memo
ria dignum iuuene quodam ale-
mano. antiquitate ſanguinis ſume
decorato. diuitijs ⁊ ſeculari gloria
illuſtrato. Cuius pater vt legitur
ī libro de apibus in alemanie par
tibus maximus princeps ⁊ domi
nus erat. Hic vero iuuenis vt ſi-
bi cōpararet liberalium artiū ſtu
dij exercitatione peritiam: ad ciui
tatem pariſienſem annuente pa-
tre ſe tranſtulit. Ubi aliquo tēpo
re cōmoratus: ītellexit parentem
vitam cuȝ morte mutaſſe. Vidēs
vero predicatoꝝ ordineȝ: moribꝰ
vita ⁊ ſanctitate ſūma florere: ad
magiſtrum Jordaneȝ: qui prefati
ordinis generalis fuit cum deuo-
tione acceſſit: ⁊ ex eius manibus:
religiōis prefate habituȝ ſumpſit.
Hoc audiēs mater: que vidua re
māſerat: cū apparatu ſolēni: ma-
ximaqȝ pompa pariſius ad filiuȝ
videndū acceſſit. Quem vt habi
tum vili ⁊ humili indutuȝ aſpexit:
adhortari cepit: vt religiōe dimiſ
ſa: ſecum repatriare: ⁊ principatū
a patre dimiſſum ſuſcipe velit: la
chrymas ⁊ ſingultus precibꝰ adiū
gens: quā animo magnanimꝰ xp̄i
miles: filius: vȝ: plorantem ac fleti
bus ora rigantē aſpiciēs: ad quā-
dam feneſtram vitreā ſe ꝯuertit:
que erat in capella in qua cuȝ ma
tre colloquebat̃. Et ꝯtuitus ī illā.
Saluatorē generis hūani ī cruce
pendentē: eiuſqȝ matrē ⁊ Johan
nē euāgeliſtā: hincide collocatos:
dixit matri. Cuiꝰ ſunt imagies ſeu
picture iſte: Cui illa xp̄i inqͭ ieſu:
virginiſqȝ ſctiſſime: ac diui Johā
nis. Et filius diuini amoris igne
ſuccenſus ait. O genitrix amantiſ-
ſima. Scio ꝙ nunq̄ȝ reperta fuit
aliqua mater: que fili [illegible] pro-

sequeretur amore: sicut beata virgo iesum benedictũ. Et tamẽ cum esset paupercula: eam xp̃s dereliquit ⁊ lignũ crucis ascẽdẽs: morte turpissima redemit peccatores. Qua re discede hinc mater mea cum tuo comitatu: q: creatori meo volo deseruire. Dimissa igit matre discessit: ⁊ ad monasteriũ rediens: toto vite tẽpore religiosissime vixit. Qui ergo a deo vocatur sine tot conscilijs xp̃i crucẽ suscipiat ⁊ habitũ religionis inducat: ⁊ sic est finis prime partis.



Secundo principaliter religionis cõtẽplari debemus decorationẽ. Multi varijqz sunt ornatus: pulchritudines: triũphi ⁊ excellentie sacratissime religionis: sed vt breuitati studeam: quattuor tm̃ explicabo: quorum primus dicitur triũphus.

- Triũphus depuratiõis.
- Scd̃s dr̃ triũphus purgatiõis
- Terti⁹ dr̃ triũphus meritatõis
- Quartus dr̃ triũphus defensationis.

edidi: tu torture ſubiceris. Ego ſuperbiui: tu humiliaris. Ego tumui: tu attenuaris. Ego inobediens extiti: tu obediens: inobedientie ſcelus luis. Ego gule parui: tu inedia affligeris. Me illicita concupiſcentia rapuit ad arborem: te perfecta caritas traxit ad crucez. Ego preſumpſi vetitum: tu ſubijſti aculeum. Ego delector cibo: tu laboras patibulo. Ego fruor delicijs: tu laniaris clauis. Ego pomi dulcedinem: tu fellis guſtas amaritudinem. Mihi ridens congaudet eua: tibi plorans compatitur maria. hec ille. Huius etiã intime ⁊ mirabilis dilectiõis effectus ipſe chriſtus inſinuat ſub parabola. Luc. xv. vbi ſcribitur. Que mulier habens dragmas decẽ: ſi ꝑdiderit dragmam vnam: nonne accendit lucernam ⁊ euertit domuz ⁊ querit diligẽter donec inueniet eam. Et cum inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Cõgratulamibi mihi: quia inueni dragmam quam perdideraz. hec ille. Humanata dei ſapientia mulieri comparatur: propter miſerorum compaſſionem. Prouer. vltimo. Manum ſuam aperuit inopi. Hec. x. dragmas habuit cum homines ⁊ angelos ad imaginẽ ſuaz creauit. Sed dragmam vnam ꝑdidit cum homo ad ſimilitudinem ſui creatoris receſſit. Dei autem ſapientia candelam ad eam querendam accendit. cũm in humana carne apparuit. Gregorius. Ille lucernam accendit qui teſtam humani generis: lumine ſue diuinitatis impleuit. hec ille. In candela nãqz tria ſunt. ſcz cera: licinius: ⁊ ignis. per ceram intelligitur caro chriſti precioſa: que ſicut cera ad preſentiam ignis tota reſoluitur ⁊ liquefit: ſic caro chriſti in igne paſſionis tota liquefacta eſt. ps. xxi. Factum eſt cor meum tanq̃z cera liqueſcens: per licinium album intelligitur anima chriſti puriſſima: in qua nulla fuit peccati macula. pe. ij. Qui peccatum nõ fecit: nec dolus inuentꝰ eſt in ore eius. Per flammam ſiue ignem intelligitur amoroſa ⁊ ſplendidiſſima deitas. Deut. iiij. Deus noſter ignis conſumens eſt. Hec igitur candela accenſa ⁊ ardens. ideſt chriſtus patiens domum euertit. ideſt totum munduz. ps. Illuxerunt coruſcationes tue orbi terre: cuius ſtatum reduxit ad cultum vnius dei ⁊ ad fidem crucifixi. Et querit diligenter: ad modum feruentiſſimi amatoris nihil omittens de pertinentibus ad humanam redemptionem. Et cum inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas. Amice ⁊ vicine ſunt ſuꝑne poteſtates. que tan

to deo ꝓpinquiores sunt: quanto eo vicinius contemplātur. Mat. xviij. Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei qui est in celis. Congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam perdideram per qd̄ insinuat vehementissimū ad dragmam amorem: cuius inuētionem estimat suum lucrum.

Hec imensa caritas ipsum vinxit ⁊ ligauit vt descenderet in mundū. Hec fuit aurea cathena: que ipsum in vterum virginis introduxit. hec in cruce ipsum alligauit ⁊ fortissime tenuit. hec ad mortē traxit. hec ad infernum vt electos gloriosus ⁊ gratulabundus inde liberaret conduxit. Unde Jere. xxxi. In caritate perpetua dilexi te. Ideo attraxi te miserans. De hac summa dilectione Fulgentius in sermone exclamans ait. Magnum mysterium dilectissimi fratres. Magnum diuine dilectiōis indicium: homo deum ꝯtēnens a deo discessit: deus hoīem diligēs ad homines venit. Dilexit impiū vt faceret iustū. Dilexit infirmū vt faceret sanū. Dilexit puersum: vt facēt rectū. Dilexit mortuū vt facēt viuū. h ille.



Ecundo principaliter circa dñi passionē ꝯtēplari debemus dolorositatem. Amara ⁊ dolorosa fuit tota vita christi: sed ꝑmaxime in tpe passionis: que nec scribi: nec enarrari quidem potest: tamen vt aliqualiter eius dolores: eiusqꝫ penā sentire valeamus. quattuor principales dolores in hac secunda parte adducentur.

¶ Primus est dolor sepationis.
¶ Secūdus est dolor captōis.
¶ Tertius est dolor flagellatōis.
¶ Quartus ē dolor crucifixiōis.

¶ Primus namqꝫ dolor xpi fuit dolor separationis. Hic dolor fuit maximus ⁊ intensissimus. Ait. n. Augustinus: qꝫ dolor fundatur in amore. Ubi ergo fuerit vehementissimus amor propter presentiam alicuius boni valde dilecti ꝓpter absentiam illius causatur vehementissimus dolor. Propterea dicit Aristo. ij. Rhetoricorum. Qd̄ separari ab amicis: tristabile est: quia vt idem dicit. ix. Ethicorum. Amicus consolatur presentia amici ⁊ locutione. Cum igitur christus pre ceteris filijs matrem dilexerit. Magdalenam ⁊ ceteros apostolos adamauit: iuxta illud Johan. xv. Ego dixi vos amicos. ⁊ Johā. xiij. Cum dilexisset suos in finem dilexit eos: sequitur qꝫ ab his separari fuerit summus ⁊ intensissimus dolor. Superuenit igitur dies mercurij. Et

ieſus cū ſua dulciſſima matre ac
dilectiſſimis diſcipulis erat in be-
thania in domo marte. Nocte ve
ro vt pie cōtēplari poſſumus. ma
ter de captione filij ſuſcepta qnie
ſcere nō valens. ad cameram filij
acceſſit. Et credens eū dormire.
noluit ſomnū interrumpere. ſed
meſta ⁊ gemēs expectabat. Filiꝰ
aūt qui vigil erat ⁊ ī amariſſime
paſſionis ſue meditatione verſa-
batur. preſentiam matris ſentiens
eam dulciter alloquens ait. Cōſo
lare mater mea. ⁊ noli perturbari
ex hoc qđ dicam tibi. Jam venit
tēpus paſſiōis mee. in quo oꝫ me
pati. imo mori pro ſalute humani
generis. Non ergo turberis. qm̄
ſic ſcriptū eſt. O q̄ꝫ triſtis ⁊ affli-
cta fuit bn̄dicta mater ex huiuſce-
modi verbis: Quibꝰ auditis. ipſa
eleuat manus ad celū plorando. ⁊
īclinās eas amplexabat̄ filiū ſuū.
totā ſe ponens ſupra pectus eius.
Ad cuius planctū ſurrexit maria
magdalena ⁊ iuit ad eaꝫ. Cui vir
go maria ait. Ecce ſoror mea filiꝰ
meus nunc apperuit os ſuū ⁊ di
cit. ꝙ in breui eſt moriturꝰ. Quid
ergo faciemus? Illa aūt hoc au-
diens. tota cōmota ſimul cum bea
ta virgine amariſſime flebat. Ex
quibus clamoribꝰ. oēs de domo
excitati ſunt. Currunt apoſtoli ad
planctū. ⁊ ipſi plorantes vidētes.
⁊ rei ſeriem intelligētes in lachry
mas ⁊ ſingultus vniuerſi prorum
punt. flectūtqꝫ omnes genua ante
ieſum ⁊ primo matri nil aliud di-
cendo niſi miſerere fili mi matri
tue. fuiſti alijs pius. ergo noli eſſe
in me crudelis. Flectunt ſe: ⁊ oēs
apoſtoli dicētes: fac bone magi-
ſter. qđ dicit mater tua. ⁊ noli con
triſtare nos. Silr̄ ⁊ maria magda
lena ait. Miſerere matri tue dul
ciſſime ieſu. ⁊ noli nos derelin-
quere. Stabat igit̄ xp̄s ſatis com
patiens matri ſue ⁊ eleuauit eam
⁊ cōſolabat̄ blande prout poterat.
Reſumens mater ſpiritum ⁊ an-
helitum. ſic loquitur filio. Si cu-
pis o fili dulciſſime in aliquo me
conſolari. queſo: vt vnum iſtorū
q̄ttuor facias. vꝫ aut ſine tui mor-
te ⁊ paſſione redimas genus hu-
manū. vel ſi penitus mori te opor
tet. ſit ſine dolore ⁊ afflictione. vel
ſaltem me prius mori permittas.
anteq̄ꝫ veniat mors tua. vel ad vl
timum ſic reddas ſtupefactam ⁊
inſenſibilem. vt in me nulla ſit co
gnitio mortis tue. Reſpondet fi-
lius matri cum reuerentia. Non
decet p̄mo. o mater mea me mor
tem non pati. cum omnes ſcriptu
re hoc predixerint de me. Inſup
nec ſecūdo eſſet cōueniens q: de-
beo ego ī omnibus oſſibus meis
flagellari ⁊ dolere. Cum auteꝫ au

diſſet mater a filio quod opoꝛte/
ret ipſum pati in omnibus oſſibꝰ
ſuis:⁊ flagella tot recipere:du; ſe
deret ad latus eius lancea vulne/
rauit coꝛ eius: ceciditq; ſuper pe/
ctus amoꝛoſij filij:⁊ lachꝛymabi/
liter dicebat. En iſta eſt conſolatio
quá das mihi filij mi? Audite au
dite: quales cóſolationes : dixitq;
filius. Noli turbari:q: ſic opoꝛtet
fieri. Et adiunxit tertium. Nec ti/
bi decens eſſet concedere:q: non
ſeruarem debitum honoꝛem ma/
tri mee:opoꝛteret: etiam animam
tuam collocari cum ſanctis patri/
bus veteris teſtamenti in limbo.
Abſit hoc a me:vt ita permittam
ire animam matris mee:quinimo
ſubito veniam tibi obuiam cum
tota celeſti curia: vt te collocé in
paradiſo ad dexteram meam:cu;
anima ⁊ coꝛpoꝛe. Sed nec quartú
concedere conueniens eſt:ꝙ tan/
te dilectionis mater: non cópate/
retur filio tempoꝛe ſue paſſionis.
Sed confoꝛtetur coꝛ matris mee:
q: te iuuabo:tecum ero:⁊ doloꝛ ⁊
triſticia quam ſuſtinebis: conuer/
tetur tibi in magnum gaudium ⁊
leticiam:cum die dominico reſur
rexero victoꝛ glorioſus. Hec ⁊ ſi/
milia dulcia:filius cú matre ⁊ ma
ter cú filio loquebát. Fecerút aút
pꝛincipes ſacerdotum iſta die con
ſilium deliberantes de moꝛte xp̄i.
Dicebant aute;:non in die feſto:
ne foꝛte tumultus fieret in popu/
lo. Cogitans autem iudas: ex dia
boli inſtigatione:ꝙ conſilium fie
ret:intrans audacter: q: pꝛeſum/
ꝑtuoſus erat valde:dicit ad illos.
Quid vultis mihi dare:⁊ ego eú
vobis tradam? At illi cóſtituerút
triginta argenteos. Et exinde que
rebant oppoꝛtunitatem pꝛincipes
ſacerdotum vt traderetur eis:ſi/
ne turbis:non tamen in die feſto.
Judas dixit. Scitis parati:q: cito
eum vobis tradam. Die auté io/
uis in mane:petierunt diſcipuli ie
ſum dicentes. Ubi vis paremus
tibi comedere paſca? Jeſus aute;
dixit ſecretarijs ſuis: v; Petro:
Jacobo:⁊ Johãni. Ite in ciuita/
tem ad quendam:⁊ occurret vo/
bis homo:lagenam aque poꝛtás.
Sequimini eum in domu; in quá
intrat:⁊ dicite patri familias do/
mus. Dicit tibi magiſter: tempus
meum pꝛope eſt:apud te facio pa
ſca cum diſcipulis meis. Et ipſe
oſtendet vobis cenaculum ma/
gnum:⁊ ibi parate. Fecerunt au/
tem diſcipuli:⁊ inuenerunt ſicut ꝑ
dixerat illis:⁊ parauerunt paſca.
Et ecce ante hoꝛam veſpertinam
recedit de bethania cum diſcipu/
lis ſuis verſus ieruſalem. S; ma/
ter domini. Magdalena: Mar
tha ⁊ Lazarus:cú difficultate ob/

tinuerunt a xpo: societaté facere. Ipsis igif euntibus: volebat xps intrare p vná portam ciuitatis: et mater volebat q intraret p aliaz. Sed cú sic filius cogeret matrez: prostrauit se mater ad pedes eius lachrymans et dicens. O fili mi: ne pmittas matrem: in hac morte separari a filio. Sciebat.n. q erat nox sue amaritudinis. Sz cú xps nullatenus assentiret: eleuauit matrem a terra vt discederet. Que eleuata: amplexibus filium stringebat: plangebat et osculabat, dicés. Saltem sciam vbi es cenaturus. Sz nec oino voluit: sibi xpus notificare. O mater afflicta in tot tuis petitionibus: nullam psolationem meruisti accipere. Tunc mater ait ad filium. Saltez nobis relinque tuam benedictionem. Ad quá filius. Tua mater interest benedicere filio. Túc sanctissima mater: plena lachrymis et singultib9: manibus eleuatis sup dilectum filium suuz ait. Benedicat te fili mi dulcissime pater etern9 qui te eternaliter genuit. Bńdicat te fili mi spússanct9: cuius virtute ex meis visceribus te concepi. Benedictum sit totum corpus tuum purissimum. Benedicta sit anima tua sanctissima. Benedictum sit lac: quo tenellum te nutriui. Bńdicti sint omnes labores tui. Et tá dem amplexans filium ait. Benedico te fili mi amantissime: fili mi suauissime a capite vsqz ad plá tam pedis. O quot lachryme fluebant: tum ex oculis matris: tum ex oculis filij: tum ex oculis magdalene et dilectorum discipulorú: flebant: lugebant: plorabant omnes. Resonabát voces lugubres: voces flebiles: singultus atqz gemitus: tandem separantur ab inuicem. Separatur iesus lachrymans: separatur mater eiulans. Separantur corpore: sed non corde. Et sic discesserunt. O qz dolorose: mater dimittit filium vnigenitum moriturum: et ipsum amplius non visura: per viam eiulá do dicebat. Cito tolleris a me fili mi: moriturus morte turpissima. Nescit igitur pia mater dolorosa: quo vadit filius. Sed cum sic discederet a filio: ambulabat p duos vel tres passus: et semper retro aspiciebat ad filium. Lento quidem gradu incedebat: vt respiceret diutius filium. Ambulabat quidez ante: sed retro semper voluebat faciem: lamentabatur: plangebat dicens. Ecce fili mi tolleris a me. Non amplius te videbo: priuata ero cósolatione. Heu heu quid faciam: flebo et nunqz desistam: et ita erit consolatio mea. O mater dolorosa anxiari: flere: la-

mentari eligis: pꝛo tuo ſolatio. Et
ſic filius diſcedens ⁊ compatiens
matri: oculo filiali ipſam aſpicie-
bat. Quis in tanto doloꝛoſe di-
ſceſu nō ploꝛet? Quis tam durus
eſt vt lachꝛymas cōtinere poſſit.
Ha chꝛiſtiani. Et vos non ploꝛa-
tis. Non mouemini ad compatiē
dum redemptoꝛi noſtro: ⁊ ſue me
ſtiſſime matri? Non videtis eam
lachꝛymantem? Non auditis eaꝫ
vos pꝛouocantē ad fletum? Flete
igitur o chꝛiſtiani: ploꝛate cum aſ-
flicta matre. O filie. O puelle. O
virgines: cur non fletis cum vir-
gine glorioſa. Ipſa eſt virgo vir-
ginum ploꝛans: ⁊ vos non ploꝛa-
tis? Aſſociate virginē o virgines
ploꝛantes atqꝫ ſibi compatientes.
Ploꝛate o matres que filios ge-
nuiſtis: quia mater dei ploꝛare nō
ceſſat. Ploꝛate o vidue. Ploꝛate
o iuuenes: o viri: o ſenes: o popu
li chꝛiſtiani ploꝛate cuꝫ chꝛiſto: plo
rate cum matre: ploꝛate cum mag
dalena: ploꝛate cū diſcipulis: plo-
rent āgeli: ploꝛēt celi: ploꝛēt ignis:
ploꝛet aer: ploꝛet aqua: ploꝛet ter-
ra: ploꝛent planete: ploꝛent anima
lia cuncta: quia creatoꝛ omnium
ieſus dulciſſimus ſeparat ſe a me
ſtiſſima ſua matre: ⁊ pergit ad ie-
ruſalem: vbi in bꝛeui eſt moꝛitū-
rus. Pꝛopterea Tre. i. dicitur de
beata virgine. Ploꝛans ploꝛauit
in nocte: ⁊ lachꝛyme eius in ma-
xillis eius. Nō eſt qui conſoletur
eam ex omnibꝰ caris eius. ¶ Se
cundus doloꝛ in paſſione xp̄i eſt
doloꝛ captionis. Poſtq̄ꝫ eniꝫ xp̄s
a matre ſua diſceſſit: venit ieruſa-
lem: ⁊ intrauit domum illius no-
bilis: qui in cenaculo vltimam pꝛe
parauerat cenam. In introitu au
tem: obuiaꝫ ſibi venit: ipſe: vxoꝛ:
⁊ filij: genu flexo: benedictionē pe
tentes: a chꝛiſto gratias agentes:
ꝙ ad eoꝛum domum: accedere di
gnatus fuerat. Veſpere igitur fa
cto: fecit ieſus cum diſcipulis ſoli-
tam benedictionem. ſ. Oculi om-
nium in te ſperant dn̄e ⁊ reliqua.
Sedētibus vero cunctis: loqui ce
pit verba maximi miſterij: dicēs.
Deſiderio deſideraui hoc paſca
māducare vobiſcum antē q̄ꝫ pa-
tiar. Comedunt agnum paſcaleꝫ
feſtinanter. Quo comeſto: ſurgit
chꝛiſtus a cena: ⁊ pꝛecingit ſe lin-
teo, ⁊ ponit aquam calidaꝫ in pel
uim: ⁊ venit ad petrum: ac geni-
bus ſolo flexis: voluit ei lauare
pedes. Qui cōtradicens ait. Do
mine tu lauas mihi pedes? Abſit.
Non lauabis mihi pedes in eter
num. Dicit ei ieſus. Si non la-
uero te non habebis partem me-
cum. Tunc Petrus. Domine
non tantum pedes meos: ſed ⁊
manus ⁊ caput. Et ſic hu-

militer omnium discipulorum pedes etiã traditoris sui lauit. O q̃le et q̃ mirandum spectaculũ: ipse deus totius mundi conditor. ipse totius vniuersi rector. ipse beatorum spirituum omnipotentissim⁹ rex et imperator vsq3 adeo humiliatus est: vt genibus flexis: discipulorum pedes manibus proprijs contrectare: sordes et imunditias lauare et abstergere dignaretur. O profundissima saluatoris humilitas: qua fatigatus et sudore repletus: pedes omnium abluere non dedignatur. Facta pedum lotione iterum in mensa resedit. Et accipiens panem consecrauit illũ in corpus suum: et vinum in sanguinez. Sicq3 sanctissimum altaris sacramentum instituit et omnes: etiam iudam: cõmunicauit: prius tamen loti fuerant: anteq̃3 illud sacramentum susciperent ad innuendũ: q̄ cõmunicandi debent primo lauare pedes: terrenas. s. affectiones: vt ad sanctissimum altare dignius accedere possint. Intrauit autem sathanas efficatius in iudam. Et vt citius quod animo conceperat expleret: et quem antecedenti die vẽdiderat principibus sacerdotum traderet: a societate discessit. Tunc christus sermonẽ fecit: in quo misteria mlta discipulos docuit. Animauit eos inter mundi pressuras: et spiritum sanctũ se missuz promisit. Ibi predixit de scandalo: quod passuri erant: et maxime q̄ petrus erat ipsum negaturus ter: anteq̃3 gallus cantaret. Luc. xxij. Et surgens de cena: atq3 hymno dicto. i. gratiarum actione peracta: et vocato paterfamilias. Recepisti me in domo tua: et ego suo tẽpore recipiam te in domo paradisi. Et sic benedicens eum et totam familiã: vale faciens: exiuit ciuitatẽ: et cum discipulis venit in villam que dicitur gethsemani: trãs torrẽtẽ cedrõ et intrauit in ortuz: qui est ad pedẽ montis oliuarum: ipse et discipuli eius. Et ait illis. Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpsit Petrũ Jacobum et Joannẽ. cepitq3 pauere et tedere. et ait illis. Tristis ẽ anima mea vsq3 ad mortem. Mar. xiiij Hec tristitia sm s. Doc. iij. par. q. xlvi. ar. vi. Fuit dolor interior: qui causatur ex apprehensiõe alicuius nociui. Et aĩa xpi ſm vires interiores efficacissime apprehendit oẽs causas tristitie: inter quas est amissio corporalis vite: que naturaliter est horribilis. Unde Ari. in. ij. rheto. ait. q̄ illi qui decapitant non timent: vidẽtes sibi necessitatẽ iminere: sed tristantur. Cum igitur xp̄s fuerit verus homo ad hoc ostendendum: pauit ac tristatus ẽ. Hiero. super

Mat. inquit. Dñs noster vt veritaté probaret assumpti hoīs: vere quidé contristatus est. hec ille. Et s. Doc. in. iij. sen. di. xv. ait ꝙ tristitia vera fuit in xp̄o. Hec ergo tristitia non fuit ex hoc ꝙ sensualitas repugnaret rōni: quia illud in xp̄o nunquá fuit: sed quia veram habebat carnem ⁊ humanitatem. Cui⁹ veritas in hoc ostenditur ꝙ naturaliter passionem ⁊ morté exhorret. Et aii. s. Doc. ꝙ inocenti qui debet pati: dolor augetur ex innocentia: inquátū apprehendit nocumentum ei illatū vt magis indebitum. Albert⁹ in. iij. sen: dicit ꝙ tristitia que fuit in xp̄o causata est ex naturali infirmitate: que nullū peccatū est. Et fuit in ipso prout ꝓpassio: q: ſm Hilarium ⁊ Augustinū ꝓpassio dr̄ passio afficiens: ⁊ non abducens rationé. Hic contéplandū est: quomō illi apostoli maxime illi tres: videntes xp̄m contristari: ⁊ ipsi ceperunt summo affici merore: ⁊ aio deici quomō xp̄s amplexabatur: modo petrū tangens: modo Joanné: modo Jacobum dicens. Heu fili. Tristis est anima vsq3 ad mortem. Qui vt opinor flere ceperunt: nihil rñdétes. Tūc christus. Sustinete hic donec oré. Et progressus pusillum. i. quantū iactus est lapidis. posuit genua: ⁊ orauit dicés. Pater si possibile é transeat a me calix iste. Non tamē sicut ego volo: s3 sicut tu. Hec oratio saluatoris: vt ait. s. Doc. iij. pte q. xxi. Cōueniebat xp̄o: ſm ꝙ erat homo non ſm ꝙ erat de⁹: cui nō conuenit orare: sed orari. Et eius oratio fuit ſm sensualitatem: cum oratio sit actus rationis ⁊ voluntatis: ⁊ eleuatio mentis in deum: qđ non conuenit sensualitati: sed oratio xp̄i fuit ſm sensualitaté. quia. s. orando deo patri proposuit: quod erat in appetitu sensualitatis ipsius. Et ſm hoc xp̄s orauit ſm sensualitatem inquantū. s. ratio ei⁹ exprimebat sensualitatis affectum: tanq3 sensualilatis aduocata: vel exprimendo effectū volūtatis simplicis: que cōsideratur vt natura. Et hoc ꝓpter tria. Primo vt osténderet se veram humanam naturá sumpsisse: cū omnibus naturalib⁹ affectibus. Secūdo vt ostenderet ꝙ homini. licet ſ3 naturalé affectū velle: quod deus non vult. Tertio vt ostendat ꝙ propriū affectū: debet homo diuine voluntati subicere. Unde Aug. in Enchi. ait. Sic xp̄s hominé gerens ostendit ꝑuatam quandam hominis voluntatem: cum dicit: transeat a me calix iste. hec enim erat humana voluntas. Sed quia rectum vult eē hominem ⁊ ad deum dirigi. subdit. Uerūtamé nō sicut ego volo: sed

ſicut tu vis: ac ſi dicat. Uidete in
me: quia potens ſum: aliquid pro-
prium velle. ⁊ ſi deus aliud velit.
hec ille. Chriſoſtomꝰ ⁊ Origenes
dicunt: ꝙ hoc petijt quaſi homo:
naturali volũtate: morté recuſans.
Orauit inſuper vt exéplum nobis
daret: vt iminentibus tribulationi
bus oremus: iuxta illud ps. cxix.
Ad dñm cũ tribularer clamaui.
Unde Augu. ſup Jo. inquit. Jta
ſe patri exhibere voluit petitorem
vt meminiſſet noſtrũ ſe eẽ docto
rem. Jn xp̃o fuit duplex voluntas
vna deitatis: qua oĩa volens fecit.
Jſa. liij. Oblatus eſt q: ipſe voluit.
Alia ſenſunlitas vt hic: que natu-
raliter mortem horrebat: ad oſten
dendã veram humanitatem. Cõ-
pleta igitur oratione venit ad diſci
pulos ſuos: ⁊ inuenit eos dormié
tes. Et dicit petro. Sic. Non po-
tuiſti vna hora vigilare mecum.
hec ille. Uigilate ⁊ orate ne intre-
tis in tentationem. Spũs quidem
prõptus é: caro autẽ infirma. Jte
rum ſecũdo abijt ⁊ orauit dicens.
Pater mi: ſi non põt calix hic trã
ſire niſi bibã illũ: fiat volũtas tua.
Et venit iterũ ⁊ inuenit eos dor-
mientes. Erãt. n. oculi eoꝝ graua
ti. Et relictis illis: iterum abijt ⁊
orauit tertio eundem ſermoné di-
cens. h Mat. Attende cor deuo-
tum. Surgit chriſtus ſemel. bis.
ter. ſurgit ab oratione velut anxiꝰ:
⁊ quaſi extra ſe factus. Cur bone
ieſu totiens ſurgis. Cur inquietus
videris. Reſpũdit. Surgo totiés
quia non inuenio locum: vbi quie
ſcat corpus meum. A crudeliſſi-
ma vtiq; paſſiõe impellor. Lucas
autem inquit: ꝙ apparuit illi ange
lus de celo confortans eũ. Sicut
enim ſeruus dominum ſuum preli
um intrantem confortat. ſic ange-
lus chriſtũ confortabat. di. Domi
ne nihil fit veſtre voluntati cõtra
rium. Nam ita ordinatũ eſt a pr̃e:
⁊ a vobis: ⁊ a ſpiritu ſancto. Jam
magna letitia eſt in celo: quia per
veſtram paſſioné reparande ſunt
cathedre celi empyrei. Jam ſan-
cti patres in limbo expectant per
veſtram paſſionem liberari: lꝫ aũt
oĩa hec xp̃s ſciret: tñ angelus quã
tũ in ſe erat officium humanitatis
xp̃o exhibebat. O ſpectaculũ mi-
rabile: creatura creatoré cõfortat.
Et ſubdit Lucas ꝙ factꝰ eſt ĩ ago
nia. ſm enim. ſ. Doc. in p̃ma ſcd̃e.
q. xli. ar. iiij. Agonia é timor mali
extrinſeci: cui reſiſti non poteſt ꝑꝑ
iprouiſionem. Hec agonia fuit in
xp̃o ſm parté ſenſitiuam: non ſm
rõné. iij. par. q. xviij. ar. vi. ad ter-
tiũ. Totus ergo xp̃s agitatꝰ totus
attonitus: totus tremés ɔſiderans
flagella. ſputa. coronã ſpineã. cla-
uos ⁊ reliqua ſupplicia perferen-

dax factus ē in agonia. Et propter magnam pugnam ⁊ anxietatē carnis cecidit in terram. Et factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguis decurrentis in terram. Nec mirum. Oia enim oſſa eius ſunt cōmota: ⁊ tremendo cōquaſſabātur: adeo vt ex repreſentatione ſola: ſanguineum ſudorem emitteret. Conſidera o anima chriſtiana: ⁊ oculo mētaliꝰ reſpice redemptorem ⁊ ſponſum tuum proſtratuꝫ in terra iacētem: ſanguine conſperſum. Conſidera inquam quāta debuit fuiſſe ipſa paſſionis experientia quāqꝫ doloroſa: ſi tā vehemēs fuit eius imaginatio ⁊ repreſentatio: ꝙ ip̄m fecerit ſanguinem deſudare. Noli dormire o anima mea q: xp̄s non dormit: ſed pro ſalute tua vigilat: triſtaẗ: genibꝰ flexis orat. ſuſpirat. gemit. agonizat ⁊ ſudat. O aīa xp̄i paſſionis cōtēplatiua: excita teip̄aꝫ ſurge. ꝑpera. tuoqꝫ ſudario colligé ſanguinē ex facie ſaluatoris tui in terra cadētē. Et cum ſurrexiſſet ab oratiōe: tūc venit ad diſcipulos ſuos ⁊ dicit illis. Dormite iā ⁊ requieſcite. Ecce appropinq̄bit hora ⁊ filiꝰ hoīs tradeẗ in manꝰ peccatoꝝ. Adhuc illo loquēte: ecce iudas vnꝰ de duodecim venit: ⁊ cū eo turba multa cum gladijs ⁊ fuſtibus ⁊ laternis miſſi a principibus ſacerdotū ⁊ ſeniorībꝰ populi. Dederat āt ⁊ iudas eis ſignū dicens. Quēcūqꝫ oſculatꝰ fuero: ip̄e ē: tenete eū ⁊ ducite caute. Et ligeꞇ manus eiꝰ retro. ⁊ ad collū. ⁊ ad mediū apponatis funē: vt nullatenus poſſit fugere: ꝙ ſi de manibꝰ veſtris euaderet: iaciatis poſt ipſum ſagittas ⁊ lāceas: vt ſaltē ipſum ſeductorē hēatis mortuū. Dedit aūt eis ſignū: q: erat inter diſcipulos Jacobus frater dn̄i: qui ꝑ oīa erat ei ſimilis. Cū ꝟo appropinquaret iudas ad xp̄m ait. Aue rabi. Et amplexās oſculatꝰ ē eū. Ubi ſic ait Fulgentius. O iuda mercator peſſime: ſub oſculi ſigno dn̄m tuū tradis. oſculum venenoſum. oſculū oī dolo ⁊ amaritudine plenum quā occaſionē habes dare aurum pro plūbo: argētū pro luto. Qua re miſer pro tam vili precio ſummū bonū vendens ꝑdidiſti. Duꝫ enim pecuniā lucrari voluiſti vitā ſimul cuꝫ ipſa perdidiſti. Cui xp̄s humiliter faciē inclinauit: ⁊ pie loquiẗ dicēs. Amice ad q̄d veniſti. Dulciẗ nāqꝫ ac ſuauiẗ ꝯquerebaẗ de iuda dicēs. Juda oſculo filium hoīs tradis. Ubi ſic dic̄ Pila. O imēſa ſaluatoris clemētia: dū ēt a diſcipl'o tradiẗ: ip̄ꝫ amicū appellat vt veniā ſui magni ſceleris ipetret Deide ieſus aſpiciēs iudeos ſic ꝓmunitos ait. Quē q̄ritꝭ. Rn̄derūt ei. ieſum nazarenū. dicit eis ieſus

Ego ſum. Stabat autem ⁊ iudas
qui tradebat eum cum ipſis. vt er
go dixit eis ieſus. Ego ſum: abie-
runt retrorſum: ⁊ ceciderunt in ter
ram. Ubi apparet ꝙ chriſtus ſpō
te mortem ferebat. Uirtute enim
ſua: eos cadē fecit. Una vox odijs
ferocem: armis terribilem: ſine vl
lo telo ꝑcuſſit: repulit: ſtrauit: vir-
tute latentis deitatis. Quid iudi-
caturus faciet: qui iudicādus hoc
fecit. Iterum ergo interrogauit.
Qué queritis. At illi reſpōderūt
ieſum nazarenū. R̄ndit ieſus. Di
xi vobis q: ego ſum. Si ergo me
queritis ſinite hos abire: vt īplere
tur ſermo quem dixit: quia quos
dediſti mihi non perdidi ex eis
quenquā. Simō ergo petrus ha-
bens gladium eduxit eum ⁊ ꝑcuſ-
ſit ſeruum pontificis ⁊ abſcidit au
riculam eius dextram. Erat autē
nomē ſerui Malchus. Dixit er-
go ieſus petro. Mitte gladiū tuū
in vaginam. Calicē quē dedit mi-
hi pater: non vis vt bibam illum.
An putas quia non poſſum roga
re patrem meum: ⁊ ipſe exhibebit
mihi modo pluſq̄z duodecim le-
giones angelorū. Legio vero cō
tinet ſex milia ſexcentos ſexaginta
ſex milites. Et ait eis ieſus. Sinite
vſq̄z huc. Et cū tetigiſſet auriculā
eius ſanauit eam. In illa hora di-
xit ieſus turbis. Tanq̄z ad latro-
nē exiſtis: cū armis ⁊ fuſtibꝰ cō-
prehendere me. Quotidie apud
vos ſedebam in tēplo docēs: ⁊ nō
me tenuiſtis. Cohors igitur ⁊ tri-
bunus ⁊ miniſter iudeorum cum
impetu magno clamantes ⁊ irruē
tes: xp̄m cōprehēderunt. Seuie-
bant ſiquidem more luporum in
agnum manſuetiſſimum ⁊ patien
tiſſimum: qui non lamentabat: nō
cōtradicebat: ſed oculis depreſſis
⁊ vultu humili perſiſtebat. At illi
cathenam in collo poſuerunt: ma
nus a tergo ſtrictiſſime ligauerūt.
O q̄z grandis ⁊ nimis fuit chriſti
dolor. O q̄z grandis pena. O q̄z
maxima afflictio. Caro enī eius
erat precioſa tenella ⁊ delicatiſſi-
ma: ideo in ligatione cito tumeſcā
atq̄z nigra effecta eſt. Quidā aūt
velut rabidiſſimi canes: a barba
pillos extrahere ceperūt. Quidā
per capillos attractū in terram ꝓ
iecerunt. Quidā ꝓteruiſſimo ore
contumeliabant. Quidā deniq̄z
pugnis: ⁊ enſium pomis: dorſum
eius humeros ⁊ caput atrociter
percutiebant. O aīa ſi illic affuiſ-
ſes ꝓſus audiuiſſes armoꝝ ſtre-
pitus: turbaꝝ cōmotōēz clamores
perfuſos: rugitus ⁊ inſultus: vi-
diſſes ieſum ab inimicis captum:
a furibundis detentū: a crudeliſſi
mis cōpreſſum. Nōne doluiſſes.
Nōne ploraſſes. Plora igit nūc

anima mea: emitte lachrymas. ingemia singultus. percute tibi pectus. percute manus. percute caput. q: dñs iesus saluator 7 spõsus tuus tã crudelissime cõprehensus vinctus 7 cathenatus ẽ. Vidisses in quã rerũ cõditorẽ ab oibus derelictum: consolatorem 7 defensorem nõ habentẽ: quia charissimi discipuli eo relicto: oẽs perterriti fugierunt: ẜm illud ps. Funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalũ posuerunt mihi. Et iterũ Considerabã ad dextram 7 videbam: 7 non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: 7 nõ ẽ qui requirat aĩam meã. Ubi ait Ambrosi⁹. Quid fecistis impij iudei. hic est messias: qui in lege vestra promissus est. hic est qui infirmitates vestras curauit. hic est qui viam veritatis vobis ostendit. Nũquid capiendus 7 ligandus. profecto non. Sed vos sola inuidia excecauit. Et Cassiodorus. O insania summa. O fatuitas ceca iudeorum. Que est causa: vt dñm celorum: terreqz conditorẽ: sic inhoneste capitis. Sic inhoneste ligatis. Sic inhoneste ducitis. Sic inhoneste iudici presentatis. Sed pius 7 tanqz agnus mansuetus: noluit se defendere. Uerum pro omnib⁹ voluit se morti tradere. Uinctum igitur introduxerunt xpm in ierusalem. Imagines autẽ que erant in porta ciuitatis se inclinauerunt quasi suum creatorẽ adorantes: 7 ei cõpatientes. Sed ministri iudei hoc miraculũ aspicientes incantationi deputauerunt. Ducunt igit eum primũ ad Annaz: qui erat socer Cayphe pontificis: qui ꝓphetice dixerat. Expedit vnũ hoiem mori pro populo. Joannes autem relicta syndone 7 nudus fugiens apud se dicebat. Heu me quid dicam matri. Nunqz audebo cõparere corã ea. Et paulopost reassũpto spiritu: accessit ad domũ virginis. Et cũ ob timorem 7 dolorẽ atqz lachrymaꝝ abundãtiam vocare aut clamare non posset pulsat ad ostium. Mater autem que erat vigil audiens strepitum aperta fenestra respexit. Uidensqz Johannem plorantem 7 gementem tota mesta facta inquit. Fili mi Johãnes que noua sunt hec? Quid est de filio meo dilectissimo iesu? At ille lachrymas 7 suspiria ingeminãs ait. Heu me domina: noua pessima sunt. Et intrans domum occurrens virgini 7 complexans eam eiulando vix dicere potuit. Scito filium tuũ suauissimũ magistrũ meũ a perfidissimis iudeis captum: 7 in ierusalem adductuz. Ad hec verba afflicta mater pre dolore 7 cordis angustia supra pe

cius Johãnis cecidit dicés. O fili
mi quo ducunt eũ: Et vbi sunt di
scipuli eius: Nóne sunt cũ eo: At
iohánes lugubri voce respondit.
Nescio quo ducunt eũ. Judas ip
sum tradid t. Et volétes ministri
discipulos comprehédere: oés eo
relicto fugerunt: traditũ igit ⁊ li-
gatum dimisi. Tunc beata virgo
Magdalené aliasqz sorores vo-
cauit: plorando ⁊ cóquerendo di-
cés. En filius meus amãtissimus
⁊ magister vester benignissimus
captus est: ⁊ ad morté deducitur
Quid faciam. Ad cuius auxiliuz
ꝯfugiemꝰ. Qué adiutoré inuoca
bimus. Heu heu nobis misere-
ris. Tũc magdalena semimortua
lamétabat. O quátus tunc luctꝰ.
O q̃zta lamenta. O quot lachry
me fundebant tota illa domꝰ: ge-
mebũdis vocibꝰ resonabat. Emi-
nus stridores audiebant. Uirgo
aũt: simoné modo in iudá tradito
ré dirigés. Cur o infidelissime iu
da inquit filiũ meũ ꝓ tam vili pre
cio védidisti. Modo iudeos ꝟgo
alloqués dicebat. O ingratissimi
iudei: qd vobis mali fecit filiꝰ me-
us: vt tam crudeliter captũ ligare
tis. Modo ad discipl'os ꝟba sua
ꝯuertés dicebat. O petre. O apo
stoli: vbi fides: vbi amor: vbi fer-
uor vester. Magr̃m vestruz tam
humanissimuz ⁊ sctissimum relig

stis. O iohánes si timore ꝯcussus
vsqz mõ aufugisti: nunc salté sum
ptis animi viribꝰ vade ⁊ quere di
ligétissime: qd agat cuz carissimo
filio meo: ⁊ mihi cito renuncia.
Alioq̇n viuere nõ valeo. O mi fi
li iesu. O iesu fili mi. O lumé ocu
lorꝝ meoruz vbi es. Quõ tracta-
ris. Quid nũc sustines. Johánes
igit: mestissima mr̃e dimissa ver-
sus iesuz currit festinꝰ. Et duz iue
stigaret de xp̃o itellexit ip̃z Anne
fuisse p̃sentatuz. ¶ Tertiꝰ dolor i
passióe xp̃i: é dolor flagellationis.
Assistés.n.ãne: iterrogatꝰ fuit de
discipulis: q̃re.s.ꝯgregasset tot di
scipulos ⁊ de doctrina qũá predi-
cabat. Nunq̇d inquit sufficit do-
ctrina Moysi ⁊ ꝓphaꝝ: Xp̃s át
nil de discipulis r̃ndet: sed de do-
ctrina: di. Ego palaz locutus sum
mundo. Quo audito: seruꝰ q̇daz
ibi assistens dedit alapam iesu di.
Sic respondes pontifici. Et iesus
humilis: ac patiétissimus: nõ recu
sauit alapá: nõ diuertit: non eiꝰ ma
num arescere: aut decisam in ter-
ram cadere fecit: Sed pie respon
dens ait. Si male locutus sum: te
stimonium perhibe de malo. Sin
autez bene: cur me cedis. Hec ala
pa fuit christo ad maximum dolo
rem: quia in facie delicatissima fu
it percussus. Erat ibi petrus qui
a Joanne apostolo pontifici noto

fuerat introductus: postquã a beata virgine rediit. Ambo videbãt ea que christo indigne fiebant. Dictum autem est petro ab ostiaria ancilla. Tu ex illis es. Qui negauit. Anna igitur iudicauit christuz tanq̃ pomposum: vanagloriosuz ⁊ presumptuosum: ⁊ ad Cayphã misit: qui regebat illo anno. Hic erant congregati pharisei: magistratus ⁊ seniores expectãtes christum captum. Cogita hic anima deuota: quando illuc redẽptor tuus fuit itroductus ⁊ Cayphe presentatus: quot irrisiones: quot cõtumelias: quot blassfemias contra eum protulerunt. Poterant dicere. Hic habemus te o proditor ⁊ seductor. Non euades anteq̃ penas tuorum scelerum luas. At cayphas sedens pro tribunali dixit sibi. Ecce hic totum concilium. Dicas nunc nobis clare: si tu es filius dei. Jesus autez tacebat. Et iterum ait. Dicas nobis. Dicit; Lucas q christus dixit eis. Si dixero vobis non credetis mihi neq̧ dimittetis. Et venerunt duo falsi testes. Sed quia ipse erat innocens non potuerunt eum conuincere. Uidens autem Cayphas q non loquebatur surrexit dicẽs. Adiuro te p nomẽ dñi vt dicas nobis: si tu es filius dei bñdicti. Qui volẽs honorare deũ. Rñdit. di. Uerum est: q ego sum filius dei. Tunc index scidit vestimenta sua di. Audistis blasphemiã. Quid adhuc desideramus testes. ⁊ omnes cõdẽnauerunt eum reũ mortis. Tunc quidam sputa imunda exuperunt in faciem suam. Quidã vero expilabant barbam. Quidaz capillos capitis extrahebãt. Quidam velauerunt faciem eius. Quidã colaphis eum cederunt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt dicẽtes. Prophetiza nob. Quis est qui te percussit. Et sic tenuerũt eum per totã noctem. Hic cogita ⁊ meditare: q̃ crudelissima fuerit hec nos erga christum saluatorem tuum: plena certe fuit anxietate: ⁊ tota penalis atq̧ amarissima in corpore eius fuit consumata. In qua fatigatus est modo ab vno: modo ab alio. O quantum in domo cayphe pro te sustinuit christus. Cur non ei compateris. Cur cum anxio: nõ anxiaris. Cur cum afflicto: non affligeris. Heu lugubris inspectio: vides hic seruos: ministros: christum trahẽtes ⁊ in ipsum spuẽtes: aduersus eum conclamãtes: pectus ⁊ dorsum ac faciem feriẽtes. O anima christiana vince duriciem tuam: vince saxeum pectus: vince ferreum cor. Offeras fidem tuam: vitã ⁊ omnes vires iesu saluatori: qui hac

nocte talia ⁊ tanta pro te patitur. Inter hec petrus ad vocem alterius ancille: atqꝫ iterum ad verba cognati malchi: xp̄m timore pteritus bis negauit. Jurans ⁊ anathematizans ꝙ nō nouiſſet hominē. Et ecce gallus cantauit. Reſpexit autem ieſus petrū. Et recordatus petrus v̄bi ieſu qđ dixerat. p̄uſqꝫ gallus cantet ter me negabis. Exiuit foras ⁊ fleuit amare. His pactis: xp̄s ad Pilatū fuit miſſus: q noīe romanoꝝ erat ibi preſens.

Et ne pluries repetē me opteat: pylatus ad herodē regem q tunc ibi erat illū tranſmittit. Hic multipliciter paſſus eſt xp̄s. Poſitus enim coram herode qui deſiderabat eū videre nō ppter deuotōē: ſed vt videret aliquid fieri ab eo. Jnterrogauit eū de multis dicēs. Audiui ꝙ tu ſcis facere de aqua vinū. Jdeo coram me fac modo. Et fecit portare aquā. Et chriſtus nihil reſpondit. Jtē audiui ꝙ tu ſcis ire ſupra mare. Jtē ꝙ tu ſcis curare infirmos: xp̄s vero non reſpondit ſibi ad vllū verbū. Tunc herodes ip̄m iudicauit ſtultum: q: noluit corā eo aliquod ſignum facere: vt eū liberaret. Et tanqꝫ ſtultum fecit eū indui tunicā albam: ⁊ remiſit ad pylatum. Sciēs aūt pylatus ꝙ per inuidiam tradidiſſent eū: conatus ē liberare eū quattuor modis. Primo per iuſticiā: q: ad partē eū examinauit: xp̄s vero rationabiliter de oībus ſe excuſauit. Jterum ſcđo vxor pylati miſit ſibi nūcium dicens. Quid tibi iuſto illi: hoc fecit: q: diabolus ſibi ī ſomnis minatus eſt: niſi īpediret mortem ieſu. Nā diabolus vidēs: tantam xp̄i patientiā: ⁊ ſctōꝝ patrum in limbo leticiā: ſuſpicabat de xp̄o ꝙ eſſet filius dei: ⁊ voluit mediante muliere ſuā paſſionē impedire ⁊ noſtrā redēptionē: quēadmodū mediante muliere pcurauerat noſtrā dānatōēm. Et pylatus amore vxoris fuit magis inclinatus ad ipſum liberandū p iuſticiā: tanqꝫ innocentē iuſtum ⁊ bonū. Unde inquit. Nullā cauſam mortis inuenio in eo: q: neqꝫ herodes inuenit Judei vero clamantes dixerunt. Nos legē habem⁹: quā vos iuraſtis nobis ſeruare: ⁊ ſcđm legē debꝫ mori. Uidens autem pylatus ꝙ iſto modo non poterat eum liberare: voluit ipſum liberare ſecundo modo. ſ. per gratiam. Judei. n. obtinuerunt priuilegium ab imperatore: vt in memoriā liberationis egypti in paſcate liberarēt vnum vinctum: ⁊ quēcunqꝫ peterent obtinerent. Jdeo dixit eis pylatus. Quem vultis đ duobus dimitti: Dimittam vobis regem iudeoꝝ: ān barabam ſeditioſum ⁊ homi-

cidam? Principes vero persuase runt populo vt peterent barabam: christum vero perderent. Tertio conatus est liberare eum per verecundiam. Dum enim clamarent crucifige: ait pylatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt iudei. Nõ habemus regẽ nisi Cesarem. Si hũc dimittis nõ es amicus Cesaris. Quarto conatus est liberare xp̃m: per compassionē. Naturalr enim dũ aliquis ex inuidia alterum persequitur si viderit ipsum fieri calamitosum ⁊ miserũ ei compatitur: nisi sit diabolo oĩno deditus. Ut igitur pylatus inuidos iudeos ad cõpassionẽ prouocaret: vocauit xp̃m. Uideo inuidiam ⁊ maliciã istorũ. Et cum nõ possim te liberare per iusticiã: neq3 per gratiam: neq3 per verecundiã: necesse est: vt pacienter sufferas: q3 eris flagellatus ⁊ spinis coronatus. Tũc milites presidi fecerunt iesu3 xp̃m agnum mansuetissimũ expoliari nudũ: ⁊ ligauerũt eum manibus retro ad colũnam ⁊ crudeliter flagellauerũt. Nõ tamen xp̃s lamentabatur: nec clamabat: nullaq3 vox ab eo audiebatur. Sed tenera caro eius sic se retrahebat: gyrãs se ad vnam partem: nũc ad alia3. Erant autem duo verberãtes eũ. Cum autẽ vnus percutiebat. xp̃s ad aliam partem se vertebat humiliter: ⁊ subito alter percutiebat ⁊ christus similiter se retrahebat. Et dum sic sepissime fecisset: ⁊ p̃ labore ac debilitate se vertere amplius nõ posset: stetit imotus: beatam illam faciem suam ad terram inclinans ⁊ tacens tremebat tñ: ⁊ anhelitum carnẽq3 illam purissimã retrahebat pre angustia ⁊ itolerabili dolore. O quot flagella: quot percussiones: quot vulnera: ibi fuerunt christo illata: ⁊ impressa. Fuit enim beato Bernardo reuelatum: saluatorem ad colũnam sex milia sexcentas ⁊ sexaginta sex percussuras recepisse: adeo vt totus esset sanguinolẽtus. Jsa. p̃mo. A planta pedis vsq3 ad verticem non erat in eo sanitas. Et Jsa. l. Corpus meum dedi percutientibus: ⁊ genas meas velentibus: faciem meã non auerti ab increpantibus ⁊ conspuentibus in me. Dũ autem sic attritus a colũna fuisset remotus: nec pedibus stare posset: dolori addentes: coronam de spinis posuerũt in capite eius: ⁊ arũdinem ĩ dextera eius. Et genu flexo ante eum illudebant di. Aue rex iudeorum: ⁊ expuentes in eũ: acceperunt harundinem ⁊ percutiebant caput eius. Unde Bernardus. Caput angelicis spiritibus tremebundum densitate spinarũ pungitur. facies pulchra p̃

filijs hominum deturpatur:oculi
lucidiores ſole caligantur. Et idem
Os capitis perforauit ſpina vſq;
ad cerebrum peruenit.hec ille.
Surrexit autem virgo maria au-
dito ꝙ filius ſuꝰ captꝰ erat:⁊ ibat
cum magdalena:⁊ alijs ſororibus
inceſſanter plorando per ciuitaté.
⁊ lamentabiliter flendo:dicebat.
O quis vidiſſet filiu; meū. Por
tabat autem maria magdalena lu
men per ciuitatem.quia nox erat
obſcura. Et cum tranſirent extin-
ctum eſt lumen.Intuentes autem
quandam domum.⁊ videntes lu
men ⁊ audiétes magiſtrū laboran
tem in lignis.percuſſerūt oſtiū.pe
tentes lumen. Qui apperuit eis.
Intrans vero magdalena ⁊ con-
ſiderans virginem eſſe fatigatam
ex imméſo dolore ⁊ fletu.⁊ ex iti-
nere.vocans virginem glorioſam
vt'ſe aliqualiter pauſaret. quia lo
cus erat honeſtus.acquieuit ⁊ in-
trauit.⁊ poſuerunt ſe ad ſedendū.
Contemplás igitur virgo glorio
ſa.⁊ alie ſorores opus magiſtri.⁊
videntes id qđ faciebat.appare-
bat eis qđ facēt cruces. Tūc vir
go ſolicita reſpicit magdalená di-
cens.Quid é h̄ filia ⁊ ſoror mea:
Magdalena auté ſimilia reuol-
uens in animo que in virgine re
uoluebant:non dedit reſponſum
virgini.Sed ait magiſtro.Quid
hoc eſt bone magiſter: Cui ille ait
Iſte ſunt tres cruces pro tribus
malefactoribus.Cui magdalena.
Qui ſunt iſti malefactores. Re-
ſpondit magiſter.Sunt duo latro
nes: ⁊ vnus qui vocat ieſus:qui
fecit multa ſigna ⁊ mirabilia:ſed
iudei volunt illum crucifigere.
Hoc cū audiſſet mater eleuat plá
ctum magnū dicés.Fli mi:fili mi.
Similiter ⁊ omnes plorabát plan
ctu magno.Inter has aūt cruces
erat vna maior ⁊ altior alijs. In-
terrogatus magiſter cuius eſſet il
la:reſpondit:ꝙ erat ieſu xp̄i.Tūc
mater amplectitur hanc cruce;:⁊
oſculat:⁊ lachrymis rigabat. Et
pſternens ſe ſuper illam dicebat.
Anteq̄; crucifigat filius meus in
te:crucifige prius matré. Et ſic ſta
bat expanſis manibus ſup cruce;
⁊ flebat fortiter.Sed q: mater do
mini nolebat recedere a cruce:⁊
magiſter volebat laborare:emiſit
eas foras.O q̄; triſtis ⁊ doloroſa
fuit illa eiectio.Vadés igit mater
⁊ cū ſororibus per ciuitaté diſcur
rens:querebát dilectū filiū:cui ob
uiantes mulieres multe ad tm̄ fle
tum excitate ꝯpatiebant. Virgo
dicebat illud Can.iij.Per nocté
q̄ſiui qué diligit aia mea.Queſi-
ui illū ⁊ nō inueni.Inuenerūt me
vigiles qui coſtidiunt ciuitatem.
Nū qué diligit aia mea vidiſtis.

Cōsidera hic o xpiane virginem mestā ꝛ lachrymosam cū mātello capiti supposito circūeuntē ꝛ eiulantē querētem filiū. Et cū interrogaret: qualis est dilectus tuus o pulcherrima mulierꝫ. Rñdebat voce qua poterat illud Can. v. Dilectus meus cādidus ꝛ rubicūdꝰ electus ex millibꝰ. Et ille dixerūt. O pauprima ꝛ miserrima dña. Ille certe est filius tuus: qui nunc detinet in domo pylati quē iudei morti tradere nitunt. Venit igit virgo ad domū pylati mane: vbi xps flagellabat: ꝛ audiebant magnū clamorem iudeorꝫ sup ipm. Alius eū percutiebat: alius blasphemat: ꝛ alius clamabat. Tunc virgo gloriosa percutiebat ostium clamando: sed debilis vox nō audiebatur p̄ rumore. Sepe āt semimortua cadebat: ꝛ debilis surgebat. Alie aūt sorores ꝛ multe psone: quibus christus miracula fecerat similiter lugebāt. Sed q꞉ non dormiebāt illa nocte p̄ tristicia: ceperunt aliqualiter dormire ante ostium. Virgo aūt nō potuit dormire: sed semp fleuit. Postq̄ꝫ ergo paciētissimus ꝛ benignissimꝰ iesus flagellatus fuit ꝛ coronatus atqꝫ colaphis cesus: tantisqꝫ iniurijs ꝛ blasphemijs affectus: iussit pylatus vt sic vulneratꝰ ꝛ sangui nolentus iudeis oñderet. Quibꝰ ipse ait. Ecce hō. At illi inuidia ꝛ obstinatissima malicia pseuerātes clamauerūt. Crucifige: aliogn nō es amicus Cesaris. Tūc miser pylatus timēs dignitatē ꝛ ipiū amittere: lotis manibus sniam tulit vt crucifigeret. Et sic patet. tertiꝰ dolor xpi. ¶ Quartus atqꝫ amarissimus dolor passionis xpi est dolor crucifixiōis. Grādi ꝛ maximi fuerūt dolores p̄cedētes. sꝫ h̄ vltimꝰ ceteros excellit. Nā vltimū terribiliū ē mors. Juuenis siqdē erat xps ꝛ i florida etate ꝯstitutus: qui sine vlla humorꝫ disproportione: sine aliq̄. corpis īfirmitate ꝛ defectu nō p̄pter p̄pria peccata: q꞉ nō cōmisit: sed p̄pter aliorꝫ scelera: mortē acerbissimā passurꝰ erat. Hoc loco ad te o pr̄ eterne suspiciēs ꝛ admirās interrogo: quo pergit filius tuus in cuius sapiētia omnia creasti oia disposuisti. Ad mortem. O spiritussancte: quo pergit iste filius: cuius tu es amor ꝛ nexus anectens vtrunqꝫ. Ad mortem. O natura angelica: o sanctissimi angeli: o archangeli: o ceteri beatissimi spiritus: quo pergit creator vester: qui vos in tanta pulchritudine creauit. Ad mortem. O celi: o elementa: quo pergit vester conditor ꝛ redēptor. Ad mortem. O dolens maria: quo dulcissimus filius tuus tunc pergit:



Ala morte. O Magdalena: o
apostoli: quo pgit vester humanis
simus magister? Ala morte. Ala
morte. Ala morte. Tunc Pylatꝰ
dictauit sentētiā ꝯtra iesum vt cru
cifigeret. Ministri vero accipiē
tes iesum: manibus strictis ligatū
posuerunt funem ad collum eius
vt latroni: ⁊ crucē magnam que
erat pparata super spatulas eius.
Sed q: tota nocte fuerat passio-
natus: propter debilitatem porta
re nō poterat. Angariauerūt quē
dam hominē cirenensem venien
tē de villa nomine Symonē pa
trem Alexandri ⁊ Ruffi: ⁊ impo
suerunt illi crucem: vt illam porta
ret post iesū. Tūc primo precede
bāt turbe: clāgentes ad iusticiam.
Deinde signiferi portantes signa
⁊ vexilla: postea equestres ⁊ pede
stres armati. Deinde iesus: incli
nato capite ad terrā: ligatus ⁊ to
tus cruentatus: tanq̄ malefactor
ducebat ⁊ trahebat: cū magno
īpetu ⁊ vituperio ad mortē. Vir
go aūt vidit ⁊ sentit tot strepitus
⁊ armatos. intellexit filiū suum dif
finitiue morti esse condemnatum.
Tūc tota anxia afflicta ⁊ tremēs.
lachrymosos oculos leuauit. vt se
mel saltem anteq̄ moreret dile-
ctissimū filium suū videret. Exijt
ergo primꝰ latro: in humeris cru
cem baiulans. Et tunc ait virgo.
O iohānes est ne hic filiꝰ meus?
Cui ait. Nō est iste. Et paulopost.
Ecce iesus in medio latronū sub
misso capite: quasi agnus mansue
tus: totus ligatus cruentatus ⁊ li-
uidus ducebatur: ⁊ nō erat in eo
similitudo filij virginis. Et ideo
virgo nō cognoscebat eum. Cui
magdalena ait. Ipse est gloriosa
mater: qui sic īmutatus est. Tunc
virgo in lachrymis resoluta: ma
nus ⁊ pectus suum percutiens di
cebat. O fili mi: quo abijt decor
tuus: ⁊ pulcherrimi vultus tui se
renitas. Ubi ē formositas corpo
ris tui? Heu heu. Immitebat se
igitur in turbam: vt tāgeret filiū
suum: sed vnus expellebat: ⁊ alius
in eam īpingebat. Ut aūt aliqua
liter confortaret: eleuat xp̄s faciē
⁊ oculo filiali. respicit matrem.
Magdalena autē ⁊ alie sorores
retrahebāt eam a turba. Alie au
tem mulieres videntes eam plan
gebant simul cum ea. Quibꝰ chri
stus ait. Filie ierusalem nolite fle
re super me: sed super vos ipsas
flete: ⁊ super filios vestros. Quo
niā ecce veniēt dies in quibus di
cent: beate steriles ⁊ ventres que
nō genuerunt. ⁊ vbera que nō la
ctauerunt. Tunc incipient dicere
montibꝰ. cadite sup nos. ⁊ colles
operite nos: q: si in viridi ligno h
faciunt: in arido q̄d fiet? Tunc ve

nit iesus cum ista processione ar
matorum ad locum caluarie: ad locum
sibi eternaliter electum. Et ponūt
crucem xp̄i magnā ī terrā. Dein
de ministri soluunt xp̄m cum im-
petu ⁊ iniurijs: ⁊ spoliant eum nu
dum. Nō aūt saciabant illi canes
iudei: videre illusiones: iniurias
atque opprobria que fiebāt in xp̄m
sed adhuc maiora desiderabant.
Hic renouatus est dolor xp̄i ī to-
ta illius purissima carne. Nam ve
stis adheserat pelli ⁊ vulneribus
que quasi exsiccata erāt: ꝓpter la
bores ⁊ calorē itineris. Tunc ipe-
tuose vestē extraxerunt: ⁊ xp̄us se
totū retorsit. Et ecce sanguis iterum
fluere cepit: post oēs autem venie-
bat mater huius passionati filij.
Et q: fessa erat ⁊ semimortua: se-
pe cadebat. Nō poterat etiam am
bulare: sed magdalena ⁊ alie soro
res: per brachia eam deducebant.
Que videns filium denudatum:
altius plorans dicebat. O fili mi:
vbi sunt vestes quas tibi feci pro
prijs manibus? Quis fuit ausus
te expoliare: deum creatorem mū
di? O mansuetudo ⁊ patientia in
finita: cur tantum abscondis tuam
deitatem? O fili mi: tu tot pro alijs
miracula fecisti: cur modo pro te
ipso nunc miracula nō facis? Sta
bat autem iesus inter illos canes:
quasi agnus mansuetus. Nōn ro
gabat aliquem: non lamentabatur:
nec conquerebatur. Et tunc cepe-
runt iesum: ⁊ posuerunt eum su-
pinum in ligno crucis. Et accipiē
tes brachium dextrum ⁊ clauum
magnum ⁊ longum cum maleo
ferreo perforabant manum eius.
Sed quia clauus non habebat
acumen: frangebātur ossa ⁊ ner-
ui. O quantus dolor fuit in chri-
sto in affixione clauorū: quia ossa
frangebantur. Certe fuit intole-
rabilis. Affixa autem dextera ma
nu: ligant brachium sinistrum cum
fune: quia manus non attingebat
ad foramen. Nam atracti neruis
cum multa fractione ossium ⁊ ner-
uorum erant ⁊ sic cum summo do
lore affixerunt sinistram. Exibat
autem sanguis de manibus eius:
ac si essent duo riuoli. Veniunt
post hoc ad pedes: ⁊ vident eos
valde retractos: funibus fortiter
trahunt vt attingant foramen: ⁊
cum longiore clauo: affigunt pe-
des superpositos ⁊ ibi fuit dupli-
plicatus dolor. Cum autem audi
uit virgo maria percussiones fie
ri ad ferrum: plangens misit se in
turbam: vt posset attingere ad fi-
lium. Et cum non posset vltra p-
gredi clamauit. O gens misera.
O iudei crudeles: quid vobis fe
cit filius meus: quia sic eum cru-
deliter flagellatis ⁊ crucifigitis?

